

Joannis Geinsbergh. Rheor
Bonnerus

Merl. 52, 53, 54

SPECVLVM VITAE,

disponit patris *Vel Christiani formonis*
Confutat *Historia vero*
STATVS,

CONIVGALIS five

MEMORABILIA EXEMPLA
plurium sanctorum, vel piissimorum Coniugum
præclarè ab eis in eo statu gestorum selecta ex
editis SS. rebus gestis & S. Scriptura studio
boni communis in lucem data
industria.

CASPARIS ZEPHYRINI,
Art. Lib. Magistri, & Ecclesiastæ.

1662
1663

DVS BLDOPPII,
Excudebat Christophorus Orsi.


M. DC. XXXII.

21 O.U. H.G. 570
z Be

APPROBATIONE

Liber hic speculum vitæ vel status coniugalis
Inscriptus à R.D.Caspare Zephyrino Artium
liberalium Magistro in gratiam eorum, qui in
matrimonio viuunt, ex Surio, aliisque scriptori-
bus approbatis collectus nihil fidei, moribusque
centrarium continet, quare lucem videre potest.

Ita est.



LIBERUS LIBERUS

Serenissimo Principi ac D.

D. VVOLFGANGO
VVILHELMO

Comiti Palatino Rheni, Duci Banarie,
Julie, Clavia, Montium, Comiti in Veldens, Spon-
heim, Marchia, Rauensberg, Mörs, Domine
in Rauenstein, &c. Domino meo
Clementissimo.

Vm VESTRAE
SERENITATI
nuper propem-
ptico, Panegyri-
co, Epithalamio congra-
tulatus essem, idque eabe-
nevolentia acceptum, &
beneficio remuneratum,
vt me si non regratiandi
studio, saltem pariandifac-
cilitate destitutum agno-
A 2 sciam,

D E D I C A T I O.

scam, opportunè accidit,
vt inter opera, quæ subse-
ciuis Ecclesiasticæ meæ
Curæ horis ad Dei solius
gloriam & animarum sa-
lutem sum molitus, hunc
libellum licet vltimò cæ-
ptum, primò tamen abso-
lutum de Exemplis SS.
Coniugum nunc eodem
sumptu, quo me *Vestra Serenitas*
propensissimè donauit,
in vrbe Dusseldorpia, quæ
est *Vestræ Serenitatis* domici-
lium, typis imprimitum
V. Serenitati humiliter qua-
lem qualem offerre lesi-
derem, vt cius patrocno-
muni-

D E D I C A T I O.

muniri, & authoritate
promoueri possit. Non
enim dubia spe ductus
fui popularibus nostris
coniugibus cis & trans
Rhenum siue *Vestrae Serenitati*,
siue Archidyxcesi Coloniensi subditis tanto gra-
tiorem libellū fore postea in Germanicum idio-
ma vertēdum, quanto V^z
S^ti acceptiorem fuisse co-
gnouerint. Etsi enim hæc
exempla satis sua subli-
mitate suspicienda, & utili-
tate acceptanda, non de-
sunt tamen, qui occurren-
tis in oculis magniscentiç

A 3 ad-

D E D I C A T I O.

adminiculis indigeāt. An
non indigeat plebs huius
temporis multis præsidiis
destituta, calamitatibus af-
ficta, periculis errorum,
lapsuum & ruinarum im-
plicita, ut vigilantia & se-
ueritate Principum con-
stringatur, prouidētiade-
fendatur, ne quorumuis
mercenariorum, aut alio-
rum omnia suis cōmodi-
tatibus metientium osci-
tantia & connuentia &
morum offendiculis non
solum à vitiis non reuo-
cetur, sed etiam ad ista
indies incitetur? quod fit,
dum

D E D I C A T I O.

dum ij, qui debent impo-
dire, ad auxilium vocan-
tur, aut vadūt, quos plebs
tanquā maioris inter eos
nominis, si iusti, boni, pii
& fideles sint, amat imita-
ri. Sed res hæc forte non
mea methodo corrigen-
da, vel calculo est appro-
banda: cū ipsa SS. hic pro-
ducantur exempla, quo-
rum virtus non tantum e-
nituit in suis domandis
affectionibus, sed etiam in fi-
liis ad bonam frugem tra-
ducendis & in ea conser-
uādis, & in familia ad ho-
nestatē dirigēda, imo etiā

A 4 in

DEDICATIO.

in regnis, & prouinciis o-
ptimè moderandis. Quā-
tus in hoc stadio extitit
Leopoldus, Austriæ Ar-
chidux, Henricus German-
norū Imperator, Stephanus Hungarorū Rex? Quā-
ti in Anglia Eduardus, Si-
gebertus in Gallia Reges?
Hi inquam non tam suis
præsidiis innixi, quamuis
& his prudenter & forti-
ter vñi sunt, quam perpe-
tua pietatis regula, qua in-
numeris, vt opinor con-
iugibus non solum hone-
statem sui status commen-
darunt, sed etiam gratiſ-
simam

D E D I C A T I O.

simam exemplo, & iu-
cundissimam exercitatio-
ne reddiderunt. Non de-
fuit vñquam V^æ S^{ri} hoc
in genere in dicto statu
coniugali exornando &
muniendo in suis heredi-
tariis prouinciis cura &
principedigna virtus in-
stati aut vagi cōcubitus li-
cētia refrænanda, aut ea ad
metas honesti cōiugii tra-
ducenda. Quotidiana etiā
V^æ S^{tis} pietas omnium o-
culis obuia satis declarat
coniugibus suæ Ditionis
quali se inuicem virtute
roborare domi suæ, qua-

A 5 cau-

DEDICATIO.

cautela exemplorum erga
rudes & infirmos vti con-
ueniat. His igitur causis
Vestræ Serenitati hoc meum o-
pusculum do, dico, & con-
secro, & vt me vti infimū
subditorum patrocinio
suo dignetur, humillimè
rogo. Deus Opt. Max. V^{am}
S^{tem} largissima benedictio-
ne impertiatur, & diutif-
simè nobilissimis prouin-
ciis suis incolumem ser-
uet. Oblatum 18. Martij
Dusseldorpiæ anno salu-
tis M. DC. XXXII.

Vestræ Serenitati

Humilissimus in Christo seruus

Caspar Zephyrinus

Montanus Ecclesiasta.

PRAE-



PRÆMONITIO.

ENarrantur in hoc libello digesta oratione mensium pleraque digna scitu vel imitatione exempla coniugalia, quæ ipse status eorum vel bene aufficatus, vel feliciter terminatus alcero vel utroq; consingum ex humanis sublato. Ea vero sunt pleraque selecta ex integra vita sive ad verbum, ut raro, sive succinctius, ut plurimum, quantum veritatis et sensus ratio permittebat, sive latinius tum ob nouam descriptionem, tum commodiorem intelligentiam: seruatis tamen saepissime authorum verbis et textu ob fidem historie, pauca tamen cum integra vita relatione, nonnulla etiam non tam sanctorum canonizatorum gesta, quam ab ipsis SS. vitis quasi per occasionem desumpta. Adiuncta sunt exempla ad calcem libri sparsim verbis scripturæ. Si horum cognitio ad gloriam Deo, eiusq; cultum promovendum, conseruandum vel augendum,

ad

PRAEMONITIO.

ad Catholicæ Romanæ Religionis stabili-
mentum & incrementum, ad coniugum
item salutem cum familiis tribubusque
posteriorumq; & sociorum eorum conducis-
bitia erunt, sat magno hic labor aut pos-
tius conatus fructu compensatus existi-
mabitur, salvo interim iudicio melius sen-
tientium, aut eorum, qui hæc vberius ma-
joriq; autoritate euulgabūt, cum tempus
admittet. Inuenient in primis coniuges.
quos honestas virtutis suæ vel alienæ ob-
lectat vel obligat, quol referre vel audi-
re, transcribere, vel diligere, expendere
vel imitari, suspicere, vel deprædicare,
mandare, vel vetare lubebit. Inuenient
etiam innupti vtriusque sexus, quo studio
& animo, Deique semper assistente gra-
tia illibatam ante nuptias seruare castio-
tatem deceat: inuenientque proinde &
cælibes sui cælibatus tuendi normam,
quam seruent, exempla quæ sectentur,
perseuerantiam, quam affequantur.

Tituli



Tituli præfixi singulis exemplis.

Ex Tomo. I. Surii Januarius & Februarius.

S. Gudule Brabantina parentum Dynastarum
VVitgeri & Amelberga piorum laudabile coniugium
cohonestatum varicinio natus patris filia
sanctissima futura, & inter celestes connumerandæ.

pagina 8

SS. Iuliani & Basiliæ illibata in nuptiis cœlestes
prædictione, & visione cœlesti comprobata & ad
multorum millium utriusq; generis salutem
exemplis & documentis illustrata. p. 2

De S. Paulla nobilissima vidua, & celeberrima
matrona. 9

Ex sermone Nili Monachi de cœde SS. Patrum
Sina montis exemplum insigne constantis fæminæ. 12

S. Clementis Ancyranæ Episcopi piissima matris
fidelissima instrutio, & cohortatio moritura ad
duodenem filiolum. 13

Insigne documentata properata & exoptata
dustatis S. Marcellæ pari pietatis lando, &
tatis decore suspicienda. 15

Exemplum connubiale Crotildis regine in con-
uertendo coniuge Clodoneo miraculo victoria,
& ope S. Remigij psalmum cum sequacibus regni
populis ad fidem traducentis Diuinæ gratia pa-
lam regibus aspirante. 20

S. Cel-

INDEX.

- S. Celsi pueri mirifica constantia & pietas sedula
in adhortanda & convertenda matre, 25
- Exemplum S. Seuerti sanctissimi ex coniuge Epis-
copis, 27
- Lebnille piissime & constantissime fæmine horo-
tatu[m] multiplex, & conatus ad convertendos,
& confirmandos in fide & martyrio nepotes
ex filio Speusippum, Elenusippum, & Melenusip-
pum, 29
- De B. Exgenij honesta viuendi ratione, & educa-
tione filie Mariae ad parem virutis gradum
& religiosum statum, 32
- Admirabile S. Melania Romana continentia
studium, & pacium eum Apemiano coniuge
seruande cum pari profusissima beneficentia,
rigor, & aliorum salutis studio & deside-
rio, 35

Ex Tomo 2. Surii Martius & Aprilis.

- Encomium sanitatis & prosapia illustrium pa-
rentum S. Suuiberti, quorum meritis & preci-
bus mirabilis præsagio nativitatis, & Apostoli-
ca in Fæcia & proximis regionibus prærogati-
væ oratione est. 51
- Exemplum vocationis Divina à parentibus non
interpellanda. 53
- Encomium S. Kunegundis Augustæ cum Henri-
co II. Imperatore non modo castitatis integra-
seruato, sed etiam consummatis aliarum virtu-
tum fastigij. 54
- S. Theod.



I N D E X.

- S. Theophanis cum coniuge colloquium. 57
 Antigoni & Euphrasie continentia pacium exa-
 pletio anno, & virtutes coniugibus dignissi-
 me. 60
 Narratio de S. Iosepho ad verbum cum titulo pra-
 fixo descripta. 62
 Exemplum S. Abrahami, qui nuptiales exosus
 tadas & congratulationes & hymenaeos fuga se-
 bus, & sponsa vinculis eripuit. 65
 S. Catarina filia celeberrima & sanctissima Bri-
 gida Suedica exemplum rigida cum marito
 continentia scrupula, & insigne humilitatis sto-
 dium. 68
 Memorabilis integritas parentum S. Hugonis
 Carthusiani, & Episcopi. 72
 S. Calliopij matris cura, & studium circa filij sa-
 lutem, & martyrium. 74
 Exemplum SS. Martryum coniugum Vitalis &
 Valeriae, qui fuerunt parentes SS. Gerhais &
 Protasii. 77
 Exemplum S. Paplonutij coniuges & alios Mar-
 tyrij, & virtutis amore inflammantis, & Ne-
 storij eiusq[ue] coniugis martyris ad filiam confro-
 mandam oratio. 78
 Exemplum Iustae institutionis familie Senensis,
 in qua prater S. Catarinam postea Dominicanam
 Sanctimonialem Bonanentem sacerdotem nup-
 teri reluxit. 80

Ex



I N D E X.

Ex Tomo 3. Surii. Maius & Iunius.

- Elogium S. Monice matris S. Augustini ex libris confessionum eius. 84
- Ex vita S. Ioannis Damasceni elogium parentum eius. 93
- Elogium parentum S. Petri praefulsi Tarentini. 95
- Martyrium S. Goordani, qui à S. Ianuario cum uxore & 53. è familia baptizatus est. 97
- Consortium felix martyri SS. Glyceria, & Laodici. 99
- Illustris societas martyrum S. Hermetis, & familiæ S. Quirini & filia, & aliorum à S. Alexandro Papamirabiliter conuersorum, & confirmatorum. 102
- Illustre encomium Itæ uxoris Pipini Ducis sororis S. Modoalii, matris S. Gertrudis. 105
- Elogium S. Rideltrudis in coniugio & celibatu monastico & institutione, & promotione prolixi ad eundem. 107
- Martyrium S. Stephana re & nomine coronata exemplo S. Victoris Martyris. 110
- Elogium S. Margareta non modo piissimæ coniugis Scottæ Regis Malcolmi, sed etiam sapientissime, & efficacissimæ Reginæ, in promouendo regis, & aministrorum eius, & populorum officio, pietate, & salute. 112
- Elogium S. Iulitæ cum filio S. Quirico martyris coronata. 118
- S. Pauli

I N D E X.

S. Paulini Bisopci elegium continentie cum con-
iuge, virtutis, & scientia. 119

Elogium B. Matrona Maria Ogniacensis post
annos paucos continentiam cum viro piissimo
professa & memorabili virtutum & miracu-
lorum serie in vita ornatissima. 120

Ex Tomo. 4. Surii Iulius & Au-
gustus.

S. Theodorici post electum prae usu coniugij casti-
tatis decus, & primum, & sponsa ad id con-
sensum elicitem facti Abbatis elegium. 127

S. Monsgundis maritata Elogium. 128

S. Godolena occasione desponsationis viri natus
procuratum martyrium. 130

SS. Ruffina, & Secunda, & Felicitatis cum vij filijs
martyrium. 131

S. Amelbergæ matrone pium, & Diuorum fertile
coniugium, conclusumque paricum coniuge in
votum monasticum consensu. 132

S. Kanuti regis Danie elegium regale, & coniugale. 134

S. Vandregisili supremi gradus in dignitate, ca-
stitas in desponsatione, Religionis in canobio
elogium. 136

S. Brigida Suedica Regina & vidua virginale,
coniugale & viduale elegium parentum
& auorum, fratrum & sororum, filiorum
& filiarum, & regni lands, & dignatricon-
sentiens. 137

I N D E X.

- S. Lupi patrum cum coniuge continentia vita honore, sanctitate, gloria deniq; caelesti remunera-
rum. 140
- Elogium S. Sophiae piae & constantis educatrix &
seruatrix trium virginum filiarum martyrum. 141
- Parentum S. Clarae pietas. 142
- De S. Helena Regina Constantini Magni matre
dignissima. 143
- S. Radegundis Reginae admirabilisne dicam ma-
gis, quam inimitabilis in coniugio coniunctio. 144
- S. Athanasie p̄ parentes, & coniugiam cupidinis
expers. 148
- S. Mamantis parentum pietas & consors in mar-
tyrio constantia. 149
- S. Bernardi nobitum virtute & genere paren-
tum pietas in succurso, & recta filiorum edu-
catione. 150
- S. Stephani primi Christians & Catholicorum Hunga-
rorum a se conuersorum regis cum Gisela con-
iuge regina sacratissimum, & felix connubium. 152
- Felicitum S. Audoeni parentum felix, triplexque
coniugij fructus. 154
- Elogium S. Ludonici regis Gallie p̄ parentis p̄fis-
simi filii, qui filiorum, & regni, & totius Ecclesie
tutelae & salutis fortem se praestitit Athle-
tam. 156
- S. S. Aurely & Natalie primordia, incrementa,
consummatio coniugalis primum vita dem-
con-

I N D E X.

continentiae & aliarum virtutum, & denique
martyrij. 158

Ex Tomo 5. Surii. September &
October.

S. S. Adriani, & Natalie coniugalis fides & au-
mor elucens in adhortatione & susceptione S.
Adriani Martyrij, & fortis religiosaq; cura S.
Natalie. 162

S. Elzearij comitis compendiaria vita, qui cum
S. coniuge vixit continentissime, virgoque
permanse, & lux sui tenebrosi saeculi fuit.
168

S. Bauonis primò coniugati deinde sanctissimi con-
fessoris. 176

Narratiuncula de coniugio Eduini regis primò
infidelis cum Edelburga fidi coniuge ad o-
ptatum finem fidei, & virtutis traduēto con-
tentā in vita S. Paulini Eboracensis in An-
glia Episcopi. 178

De S. Aquilini Ebroicensis Episcopi initio ante
ordinem coniugio, & post ordinem sacram-
susceptum translatō opera pia coniugis in per-
petuam continentiam, felicemque. 181

Desingulari S. Heduvigis Ducissae Poloniae in
matrimonio continentia, & pictatis amore &
exercitio. 185

I N D E X.

Ex Surii Tomo 6. Nouember &
December.

*Exemplum de mirabili conuersione S. Eustachii
Ducis & uxoris Theophilis, vicissitudine
fortuna, constantia Mariyij.* 189

*Duplex exemplum Clitophontis & Leucipes par-
tum & filij Galactionis cum Episteme ieiidem con-
uersa, & martyrio post monasticen simus affelli-* 194

*Exemplum S. Matrona coniugata viri persecu-
tionem fugientis amore vita monastica, & sa-
lutis.* 199

*Encomium parentum S. Edmundi Archiepisco-
pi, qui ipsi ob sinceram pueritia sua curam
sanctitatem merito acceptam referre potuit, per
continentie monastica, & aliorum operum
studium ad celum contendentibus.* 207

*Illustrissima virtutibus atasi junior, & statu con-
ingalis S. Elisabetta orta Regibus Hungaria,
nuptae illustrissimo Principi Lantgrauio Tu-
ringia, & Hassia.* 206

Ex Surii Tomo 7.

*Encomium S. Bathildis electa ob omnigenam vir-
tutum regina Gallie, nataq[ue] stirpe regia pere-
grina.* 220

*R. Gentilis Rauennalis fœmina Encomium. 222
Vita Compendiaria. B. Sigeberti Austrasiorum
Regis, ex qua apparet conditio affectatorum,
& verorum coniugiorum, & amicostatus re-
gni, & religionis propertie.* 224

Exemplum

I N D E X.

- E**xemplum B. Ida Illustrissima & piissimam matrem
nem multis post mortem miraculis clarae. 228
B Ludmilla Ducie & martyris in Bohemia vita
compendiaria. 231
Vita compendiaria. S. Leopoldi Principis Aastria
ad Diuinorum, & Ecclesasticarum sanctionem
regulam in vitroq[ue] statu conformata. 236
Duorum Constantinopolitanorum piorum auspicio-
catum coniugium S. Stephani junioris marty-
ris Clarissimi progenitorum. 239
Vita S. Bilhildis vidua & sanctimonialis. 241
Exemplum S. Anustasie viri gentilis, cui erat
coniuncta, auersata superstitionem, consuetu-
dinem, & crudelitatem. 243
Ibide ad verbum de S. Theodore, 246
S. Coleta parentum coniugium filie exemplo ma-
gis sanctificatum. 250
S. Stanislai Episcopi Cracoviensis parentum insi-
gnis pietas, & pietatem consecuta fortunata ob-
S. prolem fæcunditas. 252
De 12. Scyllitanorum prouido & robusto agone. 254
De SS. Felicitate & 7. filiis Mart. 255
De S. Anna Matre Deipare. 256
De nutrice & antesignana S. Hypoliti familie
Concordia. 258
De S. Symphorosa & 7. filiis. 259
De SS. Sabina & Seraphia. ibid.
De SS. Afra & sociabu liberatis à peccato &
Demone. 258
De SS. Anastasia & Theodora liberatis à proca-
tum violentia. 259

I N D E X.

- De Dula ad mortem pudicitia et utrifice.* 259
*De S. Adelheida Imperatrice III. Ottorum Aug
gustorum coniuge, matre, Ania.* 260
*De quadam Maria Ancilla fidei in officijs, &
constante in pietate.* 261
Aliud exemplum. 262
De SS. Chrysantho & Daria coniugibus. 263
De SS. Mario & Martha. 264
*Ex P. Mattheo Radero Soc. Iesu parte altera vi
ridarij Sanctorum B. Iacoponus Tudertinus ex
Italico. De doctrina ipsius, deg. coniugio ipsius
& causa modus institutae vita sanctioris.* 265
*De Simplicitate coniugum Matthaeus Raderus
libro citato,* 266
Aliud par coniugum ex eodem. 267
*Exempla 6. ex R. P. Henrici Spondani Con. Ora
historia Epitomes Baroniana ad verbum.* 271
*Ex annuis literis Soc. Iesu de Aniciensi D. Virgi
nis Sodali opifice.* 276
*Ex R. P. Andrea Schotti Soc. Ies. libro de bono
Silentijs.* *sibid.*

Sequuntur ex S. Scriptura.

- Exemplum principale de pio & felice principio,
progressu & fine, & Posteritate utriusque Tobi
a coniugij selectum ex contextu verbis scri
turae.* 278
*De honorabili coniugi & sancta & invicta vidui
tate S. Iudite ex eiusdem libro.* 288
*De trium Patriarcharum Abraham, Isaac &
Jacob.*

I N D E X.

- Jacob captis & perfidis Diuino nutu nupijs
sparsum verbis ex textu S. Scripturae desumptis.*
291
- De fortitudine Debora & Iabelis Matronarum.*
301
- De Manue, & uxore eius parentibus Samsonis.*
302
- Decoaugio Helcanae & Anna, & Samuele filio.*
305
- De vidua Sareptana.* 307
- De S. Matronis ab Heliaco Propheta remuneratis.* 309
- De Patriarcha Iob statu coniugij, innocentia perpetua vita, moderatione in diniis, patientia & silentio in paupertate, & ulceribus, perseverantia & commendatione a Deo accepta sclecla & descripta narratio ex ipsius libro.* 311
- De statu prosperitatis Coniugij Iobi & similiumpiorum.* 323
- De statu calamitatis Iobi & similiumpiorum.*
325
- De reliqua plenitudine operum piorum Iobi.* 327
- De consummatione prosperitatis Iobi & familia eius.* 332
- Exempla ex Catechesi R. P. Georgij Voglerij VVro-
ceburgi edita anno 1625.* 333
- R. P. Francisci Zabata Soc. Iesu sententia.* 337
- S. Augustini sententia.* 338

DE FR VCTV HI-
storiae sanctorum.

*Ex prologo vitæ S. Hermelandi
s. Martij.*

CVM sancti iam ad Cælum translati sub ho-
minum aspectum non cadant, lectione &
recitatione eorum, quæ de illis scripta sunt, quali
humanis obtutibus repræsentari videntur. Itaque
ut fortia illorum facta, & præclara facinora, dum
mortales imitanda pro viribus suscipiunt, virtu-
tibus augentur, aut certè se ad illorum excellen-
tiā pertingere non posse conspiciunt, sibi ipsis
ex mera animi humilitate vilescant.

*Ex prologo vitæ S. Albini
s. Martij.*

D**U**plici in illis beneficio populis consulitur,
dum & in illo sancta teneri & admiranda,
quæ colerent, & in se respicerent, quid vnuquisque
sagaciter emendaret: id est, dum apud vnum
tot prædicanda cognoscerent, apud se refecare sua
singuli non different, quatenus tam vnicam
B. Viri relatio medela foret pu-
blica audientium.

Ex

Defructu historie sanctorum.

*Ex prologo vitæ S. Abrahamij vita E-
mitæ, officio Parochi ruralis
16. Martij.*

Flunt sancti hominibus, veluti quidam Duces itineris, ut quid ipsi prius confecerint, & re ipsa experientia ostendere possint iis, qui sequuntur: vbi quidem oporteat aliquid remittere de ingressus vehementia, vbi autem rursum gradum accelerare & intendere: sive certam virtutis viam, & facilem illici reddunt, qui eam aggrediuntur.

*Ex Prologo vitæ S. Mariæ Ogniacæ au-
thore Iacobo & Iacobo S. R.E.
Cardinali.*

Olim sancti Patres de talento ipsis credito & quissimi iudicis sententiam semper obculos versantes in posterorum usum & utilitatem virtutes & res gestas sanctorum hominum in scripta redegerunt, ut infirmorum fidem robarent, indoctos erudirent, desides excitarent, pios & virtutum studiosos ad eorum imitationem induitarent, refractarios & incredulos refutarent. In iis videtur licet S. Patrem Hieronymum, quanto is labore vitas patrum Aegyptorum didicerit, quanta cuta eas memoria tenuerit, quanta lectoris utilitate ad posterorum notitiam transmiserit, diuersis ex locis ligna colligens, ut in altari Domini igni materiam subministraret.

De fructu historiae sanctorum.

Ex Prologo vite S. Marrone.

8. Nov.

Eos qui sunt in vita temperantes, & studio-
si virtutis pro viribus laudare simul est san-
ctum & longè utilissimum. Nam & ipsi sunt laude-
digni & quæ de eis habetur oratio, incitat & in-
flammat alios ad amorem aggrediendi talia. Cum
aurem & id quod laudatur fuerit mulier, id sci-
licet, quod est humanæ naturæ maximè imbecil-
lum, & ad asperos suscipiendos labores mollissi-
mum, quemadmodum non est laus conducibilis
viris simul & fœminis, quæ potest utroque exci-
tare ad ea, quæ sunt pulchra & honesta: Fœminas
quidem, ut cum sint eiusdem generis, eosdem quo-
que labores suscipient, & easdem remunerations:
Viros autem, ne cum sint viri, cernantur cedere
mulieribus, & ad labores suscipiendos eis esse i-
gnauiores. Ex iis autem, quæ vitam laudabiliter e-
gerunt & ex virtute, fuit etiam Matrona: quæ cum
viris quidem virtute contendit: præclaris verò &
admirandis factis eos superauit, ut in processu o-
stendent ea, quæ dicentur.

Ex Prologo vite S. Stephani Iunioris
Tom. 7. Sur. 38. Nov.

Dinaria quædam res est virtus, ac digna, quæ
plurimis laudibus effteratur: non eo tantum
nomine, quod amplissimum iis, à quibus amat, sui
mercedem rependit, sed etiam, quia vel sola sui
commendatione auditores ad se pertrahere, ac ze-
li a-

De fructa historie sanctorum.

li aculeum in eorum animis potest infigere. Operæ pretium igitur est eos, qui virtutis amore prædicti sunt, beatos prædicare, atque eorum vitam omnibus narrare. Sic enim erga eos debito munere perfungemur, & alios ad suauem ipsius amorem excitabimus.

Ex prologo vitæ B. Ermenoldi Sur. Tom.

7.6. Ian.

Extrémis his diebus, quibus proh dolor deficit sanctus, & diminuta sunt veritates à filiis hominum eorum, qui nos antecesserunt, sanctitatem & res præclare gestas literis mandatam ratio nos impellit, quām inuitat utilitas. Cum enim sanctus sanctorum, à quo ceu fonte in sanctos omnes promanat, quicquid in eis est virtutis & gratiæ, in eorum puritate cognoscitur & laudatur, salutarem sui sitim & desiderium excitat in eis, qui ab eo deriuatam sanctitatem in sanctis eius dum eorum legunt historias, degustant & experiuntur: Nos etiam qui hīc manentem non habemus ciuitatem, sed futuram inquirimus, dum eorum & contemplamur & sectamur vestigia, qui tam aduersantis mundi sinistram, quam male blandientis dextram contemnentes via regia ingressi sunt, non abducimur ad auia & tortuosa multorum itinera, quæ perducunt ad dolores sempiternos. Huc accedit, quod sanctorum commemorandis & conscribendis virtutibus eorum nobis patrocinia cōciliamus, dum gratiæ & gloriæ congratulamur, & lectors ad virtutis studium

corum

De fructu historia sanctorum.

eorum exemplis excitamus, atque à Domino certam expectamus remunerationem.

Ex Prologo vitæ S. Mauri Episcopi

Sur. Tom. 5. Januar. 30. Petrus

Damianus.

Temerarius narrator est, qui dum laudum præconiis alios extollere nititur, ipse mergi in falsitatis baratrum non veretur. Nonnulli enim Deo se deferre existimant, si ad deferenda laudis eius insignia, falsitatis argumenta componant.

Ex Prologo vitæ S. Theobaldi Sur.

Tom. 7. Jun. 30.

Cant. 2. **F**vlcite me floribus, stipate me malis, quia s more langueo. Per florem quippe tenera virtus inchoantium, per malum verò solida operatio perfectorum designatur. Ecclesia ergò fulciri se floribus postulat, quia infirmis quibusque inchoantium virtutem prædicari imperat: stipe malis appetit: quia perfectorum mira facta fidelibus imitanda proponit.



Ex

De fracta historia sanctorum,

Ex Prologo vite S. Rumoldi

Sur. Tom. 7.

z. Iul:

Triumphale & gloria Christianorum miracula sunt & virtutes sanctorum, quæ quo latius propagantur, eo & boni in Domino gloriantur & mali erubescunt & cruciantur.

Ex prologo vite S. Leonis Abbatis

Sur. Tom. 1. Iul. 12.

Si iuxta Diuinæ sententiam veritatis lucernæ in hoc accenditur, ut super candelabrum posita lumen domum intrantibus præbeat, bene prolatæ sententiæ virtutem exequimur, si sanctorum exempla ad minornm formam altius sublevamus.

Petrus Damianus.

Tunc memoria martyrum dignè recolitur, si dum mors eorum ingerit miraculum, præcedens etiam vita ducitur in exemplum.

* *

5

Ex

De fructu historia sanctorum.

Ex Prologp SS. Martyrum Tauricorum
Sur. Tom. 7. 20. Nou. per D.
Ambrosum.

Martyr cum patitur non sibi tantum patitur, sed & ciuibus. Sibi enim patitur ad præmium, ciuibus ad exemplum. Sibi patitur ad requiem, ciuibus ad salutem. Exemplo enim eorum didicimus Christo credere, didicimus contumeliis vitam æternam quærere, mortem didicimus non timere. Videte ergo, quid Martyribus debeamus, in quo alter tortus est, vt alter saluatur. Beati igitur martyres nec sibi vixerunt nec sibi sunt mortui. Exemplum enim nobis reliquerunt bene viuendo conuersationis, tolerando fortiter passionis. Nam ideo Dominus per totum mundum diuersis in locis pati martyres voluit, vt tanquam idonei testes nos præsenti quodam fidei exemplo suæ confessionis urgerent, vt humana fragilitas, quæ prædicationis Dominicæ auditu longiore vix credit, vel præsentti oculorum testimonio martyrio crederet beatorum.

* *

Ex

De fructu historie sanctorum.

Ex prologo vitæ SS. Barlaam & Iosaphat in operibus S. Ioannis Damasceni contentæ Sur. Tom. 7.

27. Nov.

Via ea, quæ ad virtutem ducit aspera est, atq; ardua & permolesta iis præsertim, qui nondum sese totos ad Deum transtulerunt, verum adhuc vitiorum animique perturbationum tyrannde conficiantur. Quo fit, vt, multis ad eam illecebris indigeamus, nimirum & consiliis & cohortationibus, & exemplis eorum, qui hanc viam priores inierint. Id quod ctiam minore molestia ad eam attrahit, efficitque ne ob vitę difficultatem animis frangamur, ac desperatione afficiamur. Siquidem ei quoque, cui ardua & difficilis via ineunda est, non perinde quispiam monendo & cohortando, vt eam ingrediatur, persuaserit. At cum multos ostendit, qui eam confecerint, ac tandem percommode diuersorum naucti sint, tum verò magis eum adducet, vt eandem quoque viam capessat.

Regula brevis.

HAEc nunquam omittunto, Vnitatē Fidei, & concordiam in bono domi seruare, nomen Dei sanctificare pia vita, se corā aliis incorrigibiles præstare, contrariis actibus indies vim scelerum & somitem domare, contagia, & pericula à se & suis à moliri, honesta occupatione domi, forsique se, suosque munire, Dei & Ecclesiæ leges seruare.

I.

Hæc

Regula brevis.

II. Hæc semper omittunto, Quodvis peccatum mortele, hæresin, desperationem, odium Dei legem dantis & pænam minantis, offendicula, execrationes, cognomina, percussionem capitis, quæ pueris deliciantia acquiretur, trusionem pede, admissionem nocturnam domesticorum ad suum cubile, gestuum, & oscularum vsum apertum: prædictorum in domesticis tolerationem. vt & turpiloquii, suspectæ confabulationis, sodalitatis, conmorationis sexus alieni processus, & accessus claustris & clatrīs impediendi, coniunctionis, lombri vitra tempus nimii, otii, conuentus & grassationis nocturnæ, horum conniuentiam & impunitatem.

III. Hæc re exigente suo loco & tempore præstanto, Deo cultum, proximis amorem & subsidium, superioribus reverentiam & obedientiam, ut utrum consortium domus Domesticis & Externis, in aliena domo silentium, diurnum tantum laborem seruis imponendum, puerorum in scholis separationam institutionem, vt & domi, & in agro detensionem, in atriis & cubiculis imaginum, litaniarum, tabellarum directuarum suspensionem, correctionem verborum non in ipso seruore actus, quo sunt incapaces, breuemque, ne confundantur, nec nimis acerbam, virgarum seriam non nimium reperendam, ne contemnant, grandiorum in lecto: Missæ Festiuæ auditionem pro se & suis, ab operibus seruilibus vacationem, præcepti iunctionem ad certum aliquem finem

Dei præceptis non repugnantem.

EX

EX TOMO I. SVRII,

Ianuarius & Februarius.

S. Gudulæ Brabantinæ Parentum Dynas-
starum VVitgeri & Amelbergæ piorum
laudabile coniugium cælitus honestatum
Vaticinio nativitatis filiæ sanctissimæ
futuræ, & inter cælites con-
numerandæ.

Sur. Tom. I. 8. Ianuar.

Sigeberti Regis temporibus, qui fuit Da-
 goberti regis filius, exitxit quidam comes VVit-
 gerus in Pago Brabantiaæ, probabilis moribus, cuius
 thalamis inhærebat coniux dignissima nomine A-
 melberga, Maioris domus Pipini inclyta sorore
 progenita: qui vterq; diuinis parili modo obtem-
 perabant monitis Quibus in sæculo piè degentibus
 sanctum & iustum contulit germen Dominus vt-
 pote B. Emebertum Cameracensium præsidem
 gloriosum vita admirabili & meritis insignem: cu-
 ius etiam extitere sorores simili sanctitate probabi-
 les Reinildis sanctissima, & Pharaildis moribus
 egregia. Horum ergo genitricem tam felici prole
 pollentem Deus etiam alia sæcundauit prole di-
 gnissima: & iam more parturientium anxietatis
 fluctuantem procella, qui in seruis suis consolatur,
 huiusmodi refocillatione recreare dignatur. Nox
 C erat,

Pietæ
phara-
ilda.

Exempla de Coniugio.

Propositio. **2** erat, cum eadem mater familias sopori dedita angelum aspicit haec sibi proferente in verba: solu metum corde vrpore secundata pretioso germine, ipse enim rex Cæli ferri iubet haec tibi solamina. Concepisti fideliter, paries feliciter venerabilis filia clarissima mater, quæ ab ipsa puellari ætate diuinis adha rebit cæmoniis, in quibus perfeuerans usque ad metas aui breuis palmam capiat viræ perennis. Tali ore locuta viho Angelica eam completo reliquit sermone, & in tenues euanuit auras. At illa talibus exhilarata vilis corpus è strato corripit, & ad Cælum manus cum voce tedenit, & parans cælitus delatis credula corda responsis largitori omnium bonorum gratias reddidit. Orta est sancte haec virgo Braccharensum finibus, ut prædictum est à parentibus tam religiosis quam nobilibus eo tempore, quo B. Gertrudis vixit celeberrima in Dei rebus.

S. S. Iuliani & Basilissæ illibata in nupiis castitas prædictione & visione cælesti comprobata, & ad multorum millinm verius generis salutem exemplis & documentis illustrata.

Sur. Tom. 1. 9. Ian.

Eruditio. **S.** **I**ulianus clarus fuit parentibus, eisdemque unicus, eorumque nutu omni eruditione & sapientium disciplina imbuī iussus, & ut erat ingenio acri, in arte Logica & Rhedorica eximius. His verò vti Christi athleta ytebatur, præcuius

Exempla de Coniugis.

cuius desiderio mundi memoriam , & sapientiam despiciebat. Cuius Fidei tenax , cuius cultorum ædes frequentabat , & exempla studiosè imitabatur. Inerat eius animæ perfictus quidam amor timorem eiiciens: ita enim scipsum ab huius mundi & *1. Cor. 5.* carnis affectibus removit, ut diceret cum D. Paullo: Quamdiu sum in mundo, peregrinor à Domino. Idque suum propositum passim celabat. Quem *Ad nra.* eius ardorem intuiti parentes ita compellabant. Si nos audis fili, mores tuos ad omnium magistri D. *Petas* Pauli præcepta efformabis, qui filiorum educatio- *PRONO-* nem . & familiæ curam Christianis commendans *CATHY.* nullam occasionem inimico relinquit. Quibus Iu- lianus nec suo id instituto, nec ærati congruere ait. Ad hæc parentes referunt : & ætas tua annorum **XVIII.** & status apta sunt, vt suscepimus puerum Deo offeras, & deinceps, cum calor deserbuerit, consensu sponzæ cum ipsa Deo consecres. Cum verò parentibus studium vnicum generis propa- gandi inesset assentientibus amicis, molestè adole- scens ferebat, & ne tam sui voti tenax, quām paren- *Oratio* tibus inobediens videretur, septem dierum indu- *pro sta-* cias ad deliberandum poscit: quos dies infumebat *1. M.* precibus à Deo sui instituti roborationem expostu- lans, donec septimæ diei nocte ieiunio attenuatus in somnio à Domino consolatus & confirmatus sic compellatur: Surge, inquit, ne timéas, neq; paren- tum tuorum conilia vel propositum metuas. Hu- ces enim coniugem, quæ te non maculabit, neque à meipso segregabit, sed tua caussa virginitatem et- iam seruabit Itaque & tē & illam virgines in cæ- *Deb* luum recipiam, multa enim castitas per vos propa- *vol/nra* gabitur, *tatis*

Exempla de Coningis.

4

*de la-
rallo.*

gabitur, multiq; iuuenes & puellæ per vestram dō-
strinam cælestis vitæ ciues fient. Ego tibi præsto
ero in te habitans, vt omnes corporis libidines, &
carnis bellum expugnem: quin etiam illam ipsam
virginem, quæ tecum copulata fuerit, talem effici-
am, qualem ipse volo. Faciam igitur, vt illa institu-
tum tuum sequatur, & illic quidem in thalamo vo-
bis præparato me cum Angelorum choro videbi-
tis cum innumerabilibus vtriusq; sexus Virginibus,
quas natura quidem ipsa dissimiles fecit, at fides,
quæ in me habetur, similes facit: quorum & tu imita-
tor esse agnolceris. His dictis tacto Domi-
nus viriliter, inquit, age, & confortetur cor tuum.
Quibus mirificè confirmatus gratias egit Deo, au-
xilioque innixus, & cælestis præmiij spe accensus e-
gressus cubiculo hilaritate vultus mærorem paren-
tum abstergebat & dicebat: en ego, vt optabatis nu-
prias ipsas rectam quandam viam non peccati, sed
gaudii mihi futuram cognoui itaque iam faciam,
quod adhortamini. Quo responso læti paren-
tes primū æqualem moribus, opibus, & prospici-
annis
cæstis
et in-
genio
ne ins-
860
sponsam exhibito studio Basilißam feligunt, tum
studiosè quæ ad apparatum sponsalium spectant,
parant. Cum igitur dies constitutus aduenisset, si-
nitimarum Vrbium ciues conueniunt, multa & va-
ria oblectationum genera secum adferentes, quibus
de icaræ, & elegantioris ætatis mentes ad amoris
illecebras excitarentur. Itaque plateæ musicis om-
nium generum vocibus resonabant, virginum mul-
titudo illic aderat aureis virtis crines contextos
h. bentium, quæ suauissimis canticis vel constantes
& fortes viros ad intemperantiae illecebras prouo-
care

Exempla de Coniugis.

care poterant. At Julianus contra omnia fortis &
Deo duce victoriam sperans suum dissimulabat
propositum. Prolatam igitur è thalamo sponsam
hilari vultu accipiebat, cum qua & exultauit in dog-
mino, & præsentí quidem turbæ hilarem vultum
ostendebat, intus verò Deo canebat: Vre renes &
cor meum, ne vetas ille Draco contra me bellum
excitet. Cum verò hora illa prope esset, qua sibi &
virgini copulatæ thalamus nuptialis adeandus erat,
relligiosus ille adolescens à Deo communitus tha-
lamum securo animo ingressus fuit. *Quo* loco cum
primum preces ad Deum misisset, tantus liliorum
& rotarum odor expirauit, vt Virgo ipsa eo in lo-
co sibi esse videretur, qui verno tempore variis & *Collo-*
suave redolentibus floribus abundat. Nocte verò *q[ui] uenit*
intempesta virgo iuuenem sic allocuta est, mirum, *caſtū,*
quod sentio, quod velim mihi dicas, an & tu sen-
tias. Ad hæc Julianus, narrat, inquit, fideliter, quæ
sensis. Tum virgo: cum sit hyemis tempus, & terra
ipsa nullos gerat flores, tanta tamen odorum suavi-
tate in hoc meo thalamo perfundor, ut tota obstu-
pescam, neq; ullam cubilis copulationem appetam. *Odor*
miracu-
Tum Julianus, odor, inquit, iste opus est Christi ca-
ſtitatem amantis, & pro ea præmia æterna largitu-
ri: Quare igitur huic eam non consecremus? Illa re-
fert: sanè quid utilius sit ad vitam æternam caſtitate
seruata, non video, tecumq; planè sentio, & me-
am voluntatem ad tuam adiungo. Nec mora Iulia-
nus humili adorabundus se prostrauit, quod & vir-
go imitata: mox tremere bases, fulgore repleri cu-
bile, signo adesse Christum cum cætu Albatorum *appari-*
Cælitum & Deiparam cum corona Virginum in *SS.*

stis vtrīmque vocibus acclamantium, vicisti, Julianæ,
 vicisti, O te felicem Basilissam, quæ morem gesisti
 cœlestis brauii, quod te manet, cœla: Vos ô Cœlites
 viatores serpentis, alumni mei surgite humo, pande-
 te librum vitæ. Tuin duo a iabati Zonis auroris circu-
 præcordia vincit duas ipsiæ corollas prætendebant,
 & dicebant: ecce nomina vestra in vitæ libro con-
 signata: dein alii quatuor senes astabant cum toti-
 dem phialis omni aromatum suauitate redundantibus &
 legendum ex libro Julianæ obtulerunt: hoc
 par Athletarum veram viam contemptus mundi,
 quo cœlum intratur, tenet, & coronabitur, interim
 omnium cœlitum choro applaudente. Videre et
 iam erat, indicante sene, in libro omnium virtutum
 nomina & decora, quibus digni futuri cœlestibus
 trophæis insigniuntur. His fine factio visioni grati
 Deo modulabantur: & postmodum præfectus sui
 tenaces defunctis vtriusque parentibus Christiana
 pietate præstantissimis maiori libertate & cura e-
 gregiis operibus insistebant, quorum præcipua re-
 censenda nunc sunt. Id in primis propositum vtri-
 que fuit, ut secundum suam salutem aliorum ho-
 minum felicitatem promouendam indefesso & ef-
 studia facaci studio susciperent, erexitis claustris, quibus
 sua & circiter decies mille sub præside Juliano non segni-
 aliena obedientes, nec in uitantibus sociis reli. Etantes,
 salutis, nec tædio deficientes se mancipabant, inter quos
 sponsi, mariti, filii, patres relictis suis, spretisque o-
 pibus lucra captabant cœlestia. Nec infeliciore suc-
 cesso Basilissa Virginum & mulierum animas fer-
 uare contendebat. Per id tempus graffante Tyrannide
 Diocletiani, & Maximianiani vterque profuso
 grege

grege periclitante supplicabant ne quis ex numero degeneraret, vel nimiis tormentis fractus, vel insidiis diaboli in transuersum actus. Cum domos singuli suas reuertissent, Basilissæ per soporem Domini enunciauit, quod plenam fementis sui messem animarum collectura esset in cælis dimidii anni labore & fructu, quo tempore & ipsa cælo potitura sit, Julianus vero castitatis in primis priuilegio vietor tormentorum & mirabilium patrator ingenti saluanda per ipsum multitudinis fructu sit extollendus. His auditis & conspecto radiante instar exorientis Solis vultu Domini recreata rei scriem Iuliano narravit: & conuocatam Virginum cateruam talibus est affata: Tempus postulat, o virgines, ut alloqui. Dci præconia mysteria sua nobis detegere dignati sumus. celebremus, qui viam tempusque purgandarum Virginitatum ad introitum salutis nobis præstituit effundimus. fugatis Dæmonum insidiis fugientium eas, quæ se præsidio castitatis munierunt, occulta animarum non segniter disquirite, ut vos Deo ab omnibus neutrui immunes offeratis: nulla rancoris pestis animis vestris insidiat, condonate ergo iniucem, quia cum hoc virginitas non aestimabitur. His dictis locus contremuit, & columna ignea instar auri effulsi cum nota crucis tali vece edita: quod inscriptum, legi Basilissa: cuius erat hic sensus, virginum hunc cætum purificatis animis Deo dicatum, carunq; ad cælestia præmia invitari Diuino testimonio comprobatum. His lectis Vitione disparante Basilissa ait: gratias sibi ago Domine Iesu, qui corporeas pugnas deuiciisti: & addidit: te vero diabole aspernor, qui fraudium tuarum fructum perdidisti, teque serpentis

pentis voluptas, quæ vasa Deo segregata & electa nullis artibus subripere potuisti, de quibus nemo periit. Nihil facio te & cibrietatem tuam, quod sobrius pectorum nostrorum cogitationes vincere non potuisti, nec machinis & artibus ad libidinem

Gratus. tuam reuocare valuisti. Iure igitur locum à te delatiori, sertum sibi vendicant, Gaudete mecum, forores,

Horae. quod regnant in vobis virtutum signa, & mundi contemptus cælestè regnum percepit, parentum abnegatio angelorum cohæredes vos fecit, abiectio & frugalitas instar cedri est exaltata, denicta voluptate temperantia cumulata est: nulla ab hostibus nostris vis amplius meruenda est, neque dubitatio aliqua superest, quo animæ nostræ detineri possent, quo minus ad genitorem suum ascendat. Omnes inimici nostri erubescant, quod nihil de suo in nobis inueniant. Hæc cum latè animo virgo diceret, cœpit vitis illa Domino consecrata iustitiae florem producere, & ita Diuina prouidentia completa fuit, ut intra promissum tempus omnes & virgines ad Deum commigrarent. Talibus affectuata post preces circa sextam sopore correpta, vidit omnem chorum virginum, quæ erant ferme milie, splendidis stolis & regalibus Zonis cinctæ, quæ regiam crucem baiulantes una voce Basilissæ dicebant. Hoc responsum accepimus, ut simul tecum Dominum adoremus: te ipsam expectamus, ut tu nos offeras Christo illi, cui nos conciliasti. Ex-

S. Basili. perrecta lætatur de futura gloria, & rem omnem Julianο denunciat. Diuinaverò prouidentia constituit, ut dum precibus vacarent, Basilissa ad Deum migraret. Quam B. Julianus meritò sepulchri honore

Exempla de Coniugis.

9

nōre prosecutus est dies & noctes spiritales vigiliās ad eius memoriam adhibens. Ipse verò cum choro SS. hominum versabatur, quibus talis gratia data est, ut alius alio non esset inferior, sed virtutibus in- *Ceteris* ter se certarent: multa enim curationum ligna per SS. *ad* ipsum, & eius discipulos Deus efficiebat. Neninēm *pud S.* sol ipse iratum, vel inuenit, vel dereliquit. Si quis *Interea* verò aliquo modo in aliquem se arrogantē *nam.* stendisset, cibum non sumebat in humilitate & fl- tibus persecuerans, quoad charitatem fratri restituī- set. Eiusmodi studio ita laborabant, ut orationum fructus sacrificium laudis Deo ipsi offerrent. Gau- debat pater ipse filiorum studio. Tunc singuli di- *Persec-* cebant se incipere, quando finiebant. In hac sancta *uerano* congregatiōne nunquam diabolus aliquem suis re- *ta.* tibus irredire valuit.

De S. Paulla nobilissima vidua, & celebre-
rima matrona tempore S. Hieronimi
ex eiusdem Epist. 27.

Sur. Tom. I.

Si cuncta corporis mei verneretur in lin-
guas, nihil dignum S. Paullæ virtutibus dicereim.
Nobilis genere Gracchorum & Scipionum, sed *Genus*
multò nobilior sanctitate: potens quondam diui- *Sanct.*
tiis, sed nunc Christi paupertate insignior. Ro *næ* *Paulla.*
prætulit Bethlehem, & auro tecta fulgentia infor-
mis luti vilitate mutauit. Quæ quam diu peregrina-
nata fuit in corpore à Domino, voce semper flebi-
li querebatur dicens: heu mihi quia peregrinatio

C 5

mca

mea prolongata est habitu cum habitantibus Cedor, multum incola fuit anima mea. Quoniam autem infirmitate corpusculi (quod incredibili ab-
mortifi.
*catio.*stinentia, & duplicatis contraxerat ieiuniis) vexabatur, hoc iure subiiciebat: castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte aliis praedicans ipsa reproba inueniar. Et bonum est "inuu non bibere & carnem manducare. Inter doloris aculeos, quos mira patientia sustinebat, quasi apertos sibi cœlos aspiceret, loquebatur: quis dabit mihi pennas columbae, & volabo, & requiescam? Testor Iesum & sanctos eius ipsumq; angelum, qui custos fuit & comes admirabilis sceminae, me nihil in gratiam, nihil blandientium more loqui, sed quiequid dicturus sum, pro testimonionio dicere, & minus esse meritis, quam totus orbis canit, sacerdotes miratur, virginum chorū desiderabant, monachorum & pauperum turbæ deplangunt. Vis lector eius breuiter scire virtutes? Omnes suos pauperes pauperior ipsa dimisit. Nec mirum de proximis & familiola, quam in utroque sexu de seruis & ancillis in fratres sororesq; mutauerat, ista proferre: cum Eustochium virginem, & devotam Christo filiam, in cuius consolationem libellus hic editur, procul à nobili genere sola fide, & gratia diuitem fecerit. Huius igitur exemplo & Christi doctrina imbutis fatendum est, non laudis esse possidere diuicias, sed pro Christo eas contemnere, non tumere ad honores, sed pro Dei fide eos paruipendere. Verè quod pollicitus est seruis & ancillis suis Saluator, reddidit in præfamas. senti. Nam quæ vnius orbis coetempsit gloriam, *Pauſe.* totus orbis opinione celebratur, quam Romæ habitantem

bitantem nullus extra Romam nouerat: latentem
in Bethlehem & Barbara & Romana terra mira-
tur. Quis autem in sanctis locis præter Paullam
quod plus inter homines miraretur inuenit? quæ
quanto se plus deuici bat, tante magis à Christo
sub'euabatur, quæ in star solis igniculos stellarum
obscurantes cunctorum virtutes & potentias sua
humilitate superauit. Cum igitur altissima stir-
pe sit generata, nos nihil laudabimus, nisi quod
proprium est & de purissimo mentis fonte proser-
tur. Iuncta verò est viro Toxotio, qui Alenæ & *Coniugium.*
Iuliorum altissimum sanguinem trahit: vnde et-
iam filia eius Eustochium Christi Julia nuncupa-
tur. His (inquam) orta maioribus, & secundira-
te, ac pudicitia probata, primum viro, deinde pro-
pinquis, & totius Vrbis testimonio, cum quinque
liberos edidisset, Blefillam, super cuius morte eam *proles.*
Romæ consolatus sum: Paulinam, quæ sanctum &
admirabilem virum & propositi & rerum suarum
Pammachium reliquit hæredem, ad quem super
obitu eius paruulum libellum edidimus: Eusto-
chium, quæ nunc in sanctis locis virginitatis & Ec-
clesiae monile pretiosum est: Russinum, quæ im-
maturo funere pium matris animum consternauit:
& Toxotium, post quem parere desit, ut intelli-
geres eam non diu servire voluisse officio coniu-
gali, sed mariti desiderio, qui mare in opta-
bat, liberos edidisse.



*Ex Sermone Nili Monachi de cæde SS.
Patrum sine montis referente
Metaphraſte.*

Tom. I. Surii, 14. Ianuar.

*Subnecatur hic Exemplum insigne Cons
tantis Famine.*

*C*VM ipsa vox mihi iam effet extincta,
neque flebam, neque poteram lamentari, do-
nec quædam mulier ex iis, quæ illic erant, cuius et-
iam filius ab iis erat interfectus magni excelsiq; ani-
mi puer me recravuit, & vt me ex vehementi dolore
recolligerem, effecit. Postquam enim intellexit in-
terfectum esse filium, & aduersus eos, qui inter-
emerant, strenue decertasse, aſtione ipsa quoque in
eum suam ostendit cognitionem, vt quæ vera ac
matris studiū profilio.
*Eius alloqui-
um.* Germana ipsius mater apparuerit, & cum se splen-
dida veste protinus induisset, & ad lætitiam totum
mutasset habitum, manus ad cælum extendit tali ad
Deum voce locuta: *Tibi Domine commendauī
filium: & est mihi saluus nunc & usque in sæcula:*
nec enim mortem eius mortisque modum reputo,
sed quod omnis peccati effugit periculum, & se tibi
immaculatum obtulit ego cædem brauium, quot
plagas, tot coronas reputo. Tu mihi, fili, gratus exti-
nosti genitrici, & nutrici tua. Utinam sicut laborum
fui sic etiam præmiorum lim socia & particeps, mi-
hi longæ ſpacium producitur tolerantia, & dilatæ
quietis desiderium: tibi cito cæde abrupto filo vita
concessa

concessa sunt perennis gaudii trophæa. Gratulor
tibi de tanta felicitate, cui similem mihi exopto &
spero hoc corporuſculo vel tandem per ſenii dolores
refuloto. Hæc ego audiens erubescbam, quod tam
molliter ferrem casum pueri, & mihi effet minor
virtus animi, quam fæminæ, & eorum, qui aderant,
me mouebat verecundia. Deinde illam quidam
admirabar, me vero irridebam verba fæminæ mei
fuggillationes aestimantem, & moderationes il-
lius meani insaniam. Nam cum viderer mihi iure
posse conqueri cum Deo ob ea, quæ paſſus eram,
ea exemplo fæminæ doctus ſui eſſe cuiusvis mali in-
ſultum tolerabilem.

*S. Clementis Ancyrani Episcopi piiſimæ
matris fidelissima institutio & cohore-
tatio morituræ ad duoden-
nem filiolum.*

Sur. Tom. I.

POſt CCL. Annū Christi anno XII.
Valeriani claruit Martyr Clemens, eiusq; ve-
fissima mater tam vitæ perennis quam prætentis,
virtutibus non minus, quam profapia nobilis: quæ
maritum stultitiae gentili deditum & ad fuos cul-
tus pellicientem magnitudine animi superabat, &
ad meliorem mentem traducere fatagebat; qui ta-
men obſtinatus deceſſit relichto unico filio: cui ma- *Inſtitu-*
*ter Clementis nomine imposito omnem curam ^{tutio} re-
rectissimæ institutionis & educationis adhibebat *matris*.*
præfaga cum fore cenſendum inter illos palmites,
qui

qui fructum multum ferut animarum saluatarum,
 etiam si multi reges veluti quidam non boni agri-
 co' & eum multis essent tonsuri suppliciis. Itaque in-
 stante mortis hora, quam non ignorabat, duoden-
 nem complexa bencuolè affatur: O orbe patre fili,
 Allo-
 qui sum. sed iocupaciōrem in cælis adeptę, o soboles matris
 corpore tenus. Christi autem secundum gratiam
 regenerationis. Responde nomini, sis gratus bene-
 ficio Christo soli, cui te totum addixisti, inniteres
 qui feruos suis hætedes suorum honorū elicite im-
 mortalium. Sub hoc capite militare perficēdo du-
 ra, obfīcēdo Tyrannis corumq; satellitibus & Ma-
 chinatori malorum diabolo potes, nec grauaberis
 mibi in hoc gratiam prestatre. Tu modò strenuus ad
 victoriam, quam tibi præfigio, enitere. Magna tibi
 virtute animus est roboradus, ne te imparatum of-
 fendant certamina. Diabolus, eiusq; administri nō
 videantur tibi esse hostes contemnendi, neq; agitur
 de lana caprina, sed de honore aut ignominia sem-
 piterna. Aut ergo te bona adhortentur, aut grauia
 detercent. Turpe est, o fili, milites quidem pro cō-
 feruo & mortali rege lubenter mortem suppetere,
 nos verò hoc non velle similiter subire pro rege
 inimortali. Quanquam ipsi quidem ab eo nihil ac-
 cipiunt, quod respondeat meritistant& benevolen-
 tia. Quod enim donum tanti est momenti, quanti
 vita? Aut qui nam post mortē est sensus corū, quae
 donātur? ut ibi pro Christo defuncto vita dabitur
 sempiternis affluens deliciis. Quid verò eti nunc
 moriamur? non paulo post omnino moriemur. &
 omnibus commune reddemus debitum? Et alioqui
 quae propter Christū mors suscipitur, ne mors qui-
 dem

dem iure existimabitur: semper enim meliore spe futurorum eius sensus adimitur. Expēde, quod pro ingratis Christus grauiſſima paſſus & mortuus ad nostram ſalutē expugnata peccati tyraṇnide, ſoluto debito exilii perennis, & reſerata ianua cæleſti promouendam. Quomodo igitur veniam merebimur, ſi nos rei criminum grauiſſimorum eius morte liberati ſumus, qui eſt Dominus, non pauca quidem propter illum ſuſtineamus? Non ſeparēt à Charitate Christi minæ præſidum, nō metus regum, qui ſunt ad tempus, quorū ira citò decidit cū ſupercilio, & ignis extinguitur. & enſis rubigine obducitur, ſed *tormen-*
potius te *consolentur bona parata martyribus, & ea.*
cælum præmium martyri paratum. Sit mihi ſatis
pro gracia beneficentiae tibi impensæ in educando,
& nutriendo, & conſeruando, ut per ea vitam conſequar æternam tuæ ſalutis alſecuratione munita,
tuo præmio inuitata, tuis trophæis inſignata. Eiusmodi ſermone intermixtis lacrymis & gracia cæli-
tus haufata ad filium habitō morte, quam præſciuit,
felici quieuit.

*Inſigne documentum properatæ & ex-
optatæ uilitatis S. Marcellæ pari pudio-
citiæ laude & etatis decore fuſpiciendæ,
ex vita eius ſcripta per D. Hierony-
mum epift. xvi ad Principiam*

Virginem.

Sur. Tom. I.

SAEPE & multum flagitas, Virgo Christi Prin-
cipia, ut memoriam Sanctæ Fæminæ Mar-
cellæ

cellæ litteris recolam, & bonum, quo diu fructu
inus. etiam cæteris noscendum imitandum que de-
scribam. Satis doleo, quod hortaris sponte curren-
tein, & me arbitrariis indigere precibus, qui ne tibi
quidem in eius dilectione concedam: multoq; plus
accipiam, quam tribuan beneficii, tantarum recor-
datione virtutum. Nam vt huc usque reticerem, &
biennium præterirem silentio, non fuit dissimula-
tionis, vt male existimas, sed tristitia incredibilis,
qua ita meum oppressit animum, vt melius iudica-
rem tacere in præsentiarum, quam nihil dignum il-
lius laudibus dicere.

Neque vero Marcellam tuam, imo meam. & ve-
rius loquar, nostram omniumque Sanctorum, &
propriæ Romanæ Vrbis inclytum decus institutis
Rhetorū prædicabo, vt exponam illumstem fami-
liam alti sanguinis decus, & stemmata per procon-

*S. Mar
celle
coniugium.* sulcs & prætorio præfectos decurrentia. Nihil in
illa laudabo, nisi quod proprium est, & eo nobilius,
quod oib; & nobilitate contemta facta est pau-
perfata & humilitate nobilior. Orba patris morte,
viro quoque post nuptias septimo mense priuata
est. Cumque eam Corealis, cuius clarum inter con-
sules nomen est, propter ætatem, & antiquitatem
familiae, & insignem, quod maxime viris placere
confueuit decorum corporis ac morum temperan-
tiā ambitiosius peteret, suisque longeius polli-
ceretur dicitas, & non quasi in uxorem, sed quasi
in filiam vellet donatione in transfundere: Albina-
que mater tam claram præsidium viduatæ domus
ultra appetiret, illa respondit: Si vellem nubere, &
non æternæ incuperem pudicitiae dedicare, utique
maritum

maritum quærerem, non hæreditatem. Illoque
mandante posse & senes diu viuere & iuuenes ci- repulsa
tò mori, eleganter lusit, iuuenis quidem potest ci- procerū
tò mori, sed senex diu viuere non potest. Quā
sententia repudiatus exemplo cæteris fuit, vt eius
nuptias desperarent. Legimus in Euang. Luc. 2.
Et erat Anna prophetissa filia Phanuelis de tribu
Aser: & hæc prouectæ ætatis in diebus multis:
Vixeratque cum viro suo annis septem à Virginini-
tate sua, & erat vidua annis 84. nec recedebat de
templo ieiuniis & obsecrationibus Domino ser-
uens die ac nocte. Nec mirum, si videre meruit
Saluatorem, quem tanto labore quærebat. Con-
feramus septem annos septem mensibus: sperare
Christum & tenere: natum confiteri & crucifi-
xum quærere: parvulum non negare, & vitum
gaudere regnarem. Non facio vllam inter san-
ctas fæminas differentiam, quod nonnulli inter
sanctos viros & Ecclesiarum principes stultè face-
re consueuerunt: sed illò tendit assertio, vt qua-
rum vius est labor, vnum & præmium sit. Diffi-
cile est in maledica cititate, & in vltbe, in qua or-
bis quoridam populus fuit, palmaque vitiorum,
si honestis detraherent, & pura ac mundâ macula-
rent, non aliquam sinistrâ rumoris maculam con-
trahere. Vnde quasi rem difficillimam, & pænè
impossibile optat Propheta potius, quām præstu-
mit dicens: beati immaculati in via, qui ambu-
lant in lege Domini. Immaculatos in via huius
sæculi appellat, quos nullæ obscæni rumoris aura
macularit: qui opprobrium non acceperint ad-

uersus proximos suos. De quibus & Saluator in
Euang: Esto inquit benevolus, siue bene sentiens,
de aduersario tuo, dum es in via cum illo. Quis
vnquam de hac muliere, quod displiceret, audiuit,
vt crederet? Quis credit, qui non magis seipsum
malignitatis & infamiae condemnaret? Ab hac pri-
mum confusa gentilitas est, dum omnibus patuit,

*fæmi-
narum
mun-
dani.
vnum.* & habitu promittebat. Illæ enim solent purpuris-
so & ceruila ora depingere, sericis nitere vestibus,
splendere gemmis, aurum portare ceruicibus, &
auribus perforatis rubri maris pretiosissima gra-
na suspendere, fragrare musco mure, maritos ita
plangere, vt tandem dominatu eorum se caruisse
lætentur, querantque alios, non quibus iuxta Dei
sententiam seruant, sed quibus imperent. Vnde &
pauperes eligunt, vt nomen tantum virorum ha-
bere videantur: qui patienter riuales sustineant,

*S. Mar-
celle
mores.* si muſitauerint, ilicô proiciendi. Nostra vidua
talibus vſa est vestibus, quibus arceret frigus, non
membra nudaret: aurum vſque ad annuli signar-
culum repudians & magis in vêtribus egenorum,
quam in marsupiis recondens. Nusquam sine ma-
tre. Nullum Clericorum aut Monachoruſ (quod
amplè domus interdum exigebat necessitas) vi-
dit absque arbitris Séper in comitatu suo virgines
ac viduas, & ipſas graves fœminas habuit, sciens ex
lasciuia puellarum ſepe de dominarum mori-
bus iudicari, & qualis quæque sit, talium confor-
tio delectari. Diuinorum ſcripturarum ardor e-
rat incredibilis, ſemperq; cantabat in corde meo
abscon-

*socie-
tatis.*

Exempla de Coniugis.

19

abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Et illud *Pf. 118.*
de perfecto viro : Et in lege domini voluntas e- *Pf. 1.*
ius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Medi-
tationem legis non replicando quæ scripta sunt,
vt Iudeorum existimant pharisei, sed in opere in-
telligentis iuxta illud Apostolicum: Siue comediris, *1. Cor.*
siue bibitis siue quid agitis, omnia in gloriam do- *10.*
mini facientes. Et iuxta prophetæ verba dicentis: *Pf. 118.*
A mandatis tuis intellexi, ut postquam mandata
complesset, tunc se sciret mereri intelligentiam
scripturarum. Quod & alibi legimus: quia cœpit *Aff. 1.*
I. sus facere & docere. Erubescit enim quamvis
præclara doctrina, quam propria reprehendit cœ-
scientia, frustraque eius lingua prædicat pauper-
tatem, & docet Eleemosynas; qui Cræsi diuiniis
tumet, vilique opetus pallio pugnat contra tineas
sericarum vestium. Illi erant modcrata ieiunia
carnium abstinentia: vini odor magis quam gu-
stus propter stomachum, & frequentes infirmita-
tes. Rarò procedebat ad publicum, & maximè no-
bilium matronarum vitabat domos, ne cogeretur
videre, quod contemplerat Apostolorum & Mart-
yrum basilicas secretis celebrans orationibus, &
quæ populorum frequentiam declinarent. Matri
paruit, vt faceret quæ nollet. Nam cum illa suum
diligeret sanguinem, & absque filiis & nepotibus
vellet in fratris filios omnia conferre, ista paupe-
res eligebat, & tamen matri contraire non pote-
rat: monilla, & quicquid supellestilis fuit, diuini-
bus peritura concedens. magisque volens pecu-
niā perdere, quam parentis animū cōtristare.

D 2

Nulla

20 Exempla de Coniugis.

Nulla eo tempore nobilium seminarum nouerat propositum Monachorum, nec audebat propter rei nouitatem ignominiosum, ut tunc putabatur, & vile in populis nomen assumere. Haec ab Alexandria prius sacerdotibus, Papaque Athanasio & postea Petro, qui persecutionem Arianæ Hæreses declinantes quasi ad tutissimum communionis suæ portum Romanum confugerant, vitam B. Antonii adhuc tunc viuentis, Monasteriorum que in Thebaide Pachumii, & virginum ac viduarum didicit disciplinam. Nec erubuit confiteri, quod Christo placere cognouerat. Hanc multos post annos imitata est Sophronia, & aliae, quibus recte illud Ennianum aptari potest: vtinam ne in nemore Pelio. Huius amicitiis fructa est Paula venerabilis. In huius cubiculo nutrita Eustochium virginitatis decus, vt facilis estimatio sit, qualis magistra, vbi tales discipulæ.

Exemplum connubiale Crotildis Reginæ, in conuertendo coniuge Clodoneo miraculo victoriæ, & ope S. Remigii ipsum cum sequacibus regni populis ad fidem traducentis diuina gratia palam regibus aspirante.

Sur. Tom i. 13. Ianuar.

CLODOVEVS Rex Galliæ decimo anno regni Turingia occupata Cunibaldi Regis Bur-

Burgundiæ neptem Crotildem non minus Christianissimam, quam pulchram duxit puellam. Interea rex ad Sequanam & mox usque Ligerim amnem regnum promouit. Crotildis partum masculum baptisino initiatura erit inuito rege adhuc incredulo, & saepe gratis à coniuge monito. Infans tamen in Ecclesia velis & cortinis ideo ornata, ut rex ad fidem alliceretur, baptizatus accepto nomine Ingomiri in Albis decensit. Quod rex derelicto & spreto. Duorum suorum cultui ascripsit. Suscepto dein altero & in baptismate Clodomiro nuncupato filio morbus infestus denuo regem in suspicionem superstitionis adegit. At supplicante pro eo matre reualescit, & rex obstinatus ad monita manet reginæ, donec Sueuico bello implicitus cum exercitu suo cedente & corruente pæne profligatus monitu Aurelianii Ducis & consiliarii sui Deo vero votum faceret in hæc verba cælum suspicens, Iesu Christe, quem gis.
Votum
Clodo-
nei re-
colit Clotildis regina mea ut filium Dei: quique in angustia fidentes tibi supplices non deseris, succurreti periclitanti mihi. Expertus opem roburque tuum, quod populi de te prædicant, credam, & aquis tibi de more consecrabor: sentio enim Deos meos, eorumque auxilium vanum & irritum esse. Tu me modò non disere: quibus dictis victoria ad suas partes mox inclinanit & rege ipsorum interfecto in fugam cōiecti hostes desperatis rebus Clodoueo se terramque suam subdidérunt. Rex in Franciam reuersus narrat Reginæ victoriam inuocato Iesu nomine sibi obuenisse

v. Cor. cælitus. Hæc gesta anno xv regni. Regina memor
g. Apostolici dicti (saluator vir infidelis per mulie-
S. Re- rem fidelem, accersitnm S Remigium Rhemorū
magius. Episcopum orat, vt operam suam in conuerten-
 do marito non deneget. Ille vetò libens vber-
 tate doctrinæ regi non difficulter persuasit, cui
 Rex: libenter te audiam, at vnum restat: quia po-
 pulus qui me sequitur, non vult Deos suos relin-
 quere: huic igitur persuasum iuxta verba tua ibo.
 iuit: persuasit: quibus Remigius læsus breibus &
 apertis verbis inculcauit, vt mundi & diaboli o-
 peribus renunciantes vniDeo adhærerent: & quia
**Remi-
giu-
mum
qua-
drag.** solennitas Paschalis iastabat ieunium ei prævium
 iam tum secundum Christianorum morem re-
 ceptum regi & populo indixit. At die parœcues,
 qui præcedebat eum, quo rex & populus gratiam
 Baptismi erant percepturi, Remigius ante Altare
 D. Mariæ cum multis lacrymis, & regina in ora-
 torio S. Petri contiguo Regis palatio pro regis po-
 pulique salute deprecabantur. Cum autem rex id
 ipsum ingressus cum Præfule & regina consedidit
 set circumstantibus aliquot fæcerotibus, & ami-
 cis familiaribus Regis & Reginæ, inter Episcopa-
 lia verha veram fideli facem in corde regis Deus,
lux no- prout se affore dixit in medio duorum vel trium
sa. in nomine suo congregatorum miraculosa luce
 totam collustrante Ecclesiam, fauorem suum de-
 claravit, & præsentiam voce testatus: pax vobis,
 ego sum, nolite timere manete in directione mea.
 Post quæ verba luci recedenti suauissimus odor
 succedit manifesta significatione illuc autorē lu-
cise

elis, & pacis, atq; suavitatis venisse quem nulli præsentium præter Episcopum metu fulgoris perculsi intueri valuerunt. Episcopum verò tanta claritatis gloria perfudit, ut ea in domum, qua sedebant redundantem magis quam vlo lucernarum lumine resulgeret. At rex & regina luce animorum æque ac corporum incensi, & auditus læti pronicu[m] metu & reuerentia & obedientia, à Præfule salutis necessaria expetunt. Ipse verò *S. Remigius* primo eos de visione docuit, quæ siue sit Diuina siue Angelica, aduentu suo terret corda, sed subseq[ue]nti consolatione demulcet præcedentem timorem authoritate sanctorum in Bibliis probas. *Eliores gis & regina.* Dein prædixit ipsiis posteritati euentura, quod per posteros regnum propagandum victoriis contra nationes, obtentis, regimine felici dirigendum, Ecclesia exaltanda, nisi à recto calle in vitiorum, & hæresum auia declinauerint, quibus neglecta Ecclesiastica disciplina, vt solet, Deo irritato regna subuerti & de gente in gentem transferri solent. Porro quod Moysi contigit, cuius splendida facta est facies, dum respiceret in eum Dominus, id B. Remigio Euangelicæ gratiæ latori concessum. Intercà via ad baptisterium à Domo Regia preparatur velis ac cortinis depictis vtrimiq; pro ad battenditur, & desuper adumbratur, plateæ sternuntur, Ecclesiæ componitur baptisterium, balsamo & cæteris odoramentis conspergitur, vt plebs paradii reputaret suaueolentiam. Sicque præcedentibus SS. Euangeliis, & Oucibus cum hymnis spiritualibus & Litaniis Sanctorumque nominibus

acclamatis, antistes manum tenens Regis à Domina regia pergit ad baptisterium subsequentem reginam ac populo. Tum rex ait præsuli: Patrone, est hoc regnum Dei, quod mihi promittis? Cui Præsul, non est hoc, inquit, illud regnum, sed initium viæ, per quam venitur ad illud. Accedit autem natus diuino, ut euntibus ipsis ad Baptisterium Clericus Chrisma ferens præ populi pressura accedere nequuerit, Antistes oculis manibus in cælum protensis cœpit tacite orare cum lacrymis: & subiit columba niue candidior attulit in rostro ampullam S. Chrismate plenam, cuius mirifico odore omnes delinerti, qua accepta, disparente columba, antistes fontem sacrum imbuit. Hoc viso prodigio rex abnegatis diaboli pompis & operibus petuit baptizari. Procedit nouus Constantinus ad lauacrum salutiferum, à quo delendi erant leprosi veteris morbi cum cæteris peccatorum maculis munere & opera B. Remigii, in quo Apostolica doctrina & virtutum gratia alter representari videbatur Syluester, Ingresso fonten: Regi Præsul ait: mitis de pone colla Sicamber: adora quod incendiisti incende, quod adorasti, monens, ut humili deuotione veneretur Ecclesiæ ad cultum Numinis structas, quas accenderat & idola exureret: breuique solido sermone discrimen cultus Deo soli debiti & alterius sanctis eius tanquam amicis impendendi demonstrauit. Denique ut rex fidem professus, & ad interrogata de more respondit trina immerione in nomine Patris, & filii & Spiritus sancti baptizatur a Præsule, & suscep-

*Rex
bapti-
zatur.*

ptus

ptus ab eodem è fonte sacro Crisinate perunctus
cum signo crucis. Baptizantur autem de exercitu 300.
ejus tria millia virorum exceptis paruulis & mu- baptis.
lieribus , itemque Alba fledis , & Landehildis fo- batacryo.
dores regis exultantibus in cælo angelis & homi-
nibus in terra deuotis. Porro multi de Franco-
rum exercitu necdum ad fidem conuersi cum
Regenerario ultra Sommam fluuium aliquam
diu degerunt , donec per Christi gratiam victo-
riis potitus ipsum flagitiis dcditum vincitumque à
Francis sibi traditum rex Ludouicus occidit, & o-
mnem Francorum populum per B. Remigium ad
fidem conuersti & baptizari obtinuit.

*S.Celsi pueri mirifica constantia & pie-
tas sedula in adhortanda & conuers-
tendo matre,*

Ex Surii Tom. I.

SAEuientibus Diocletiano & Maximiano sub
præside Martiano patre Celsi, decreto imperia-
li, præsente populo statuuntur cupæ per ordinem
31. impletæ usq; ad medium pice bitumine, & sul-
phure. S. verdil Julianus uno vinculo tenebatur cum
Celso , qui paullò ante ex visione conuersus fue-
rat , qua viderat Iulianum multitudine candida-
torum stipatum, affatum, coronatum tribus in-
star aquilarum super eum excubentibus comas
albas habentibus. Qui hæc ad matrem præsente

D s

patre

Oratio patre oratione usus fuerat. Contingere solet, vt
Celsi de spinis rosa nascantur, nec amittit odorem sua-
ad ma- uissimum rosa nata de spinis: neq; frutex, qui ge-
erem⁹ nuit rosam, spinarum suarum amitteret aculeos. Ut
patrem igitur confueistis, pungite. & me odorem suau-
tatis credentib. permittite propinare. Vobis obe-
diant, qui perire parati sunt, me imitentur, qui de
tenebris ad lucem aspirant. Ego pro Christo vos
parentes abnego. Vos propter Deorum vestrorum
cultum filium vestrum tormentis affligite: hæce
mors cita est mihi ianua ad vitæ æternitatem
ineundam: nec in vos ita pius ero, vt in me sim
cruelis. Experiar in me gladium non Abrahami
morigeri, sed increduli, sed feri, quæ victimam
Christo me filium offerat. Sin id paternæ mansue-
tudinis non esse putas, principum tormentis me
ad coronam martyrii deducas: nam vani sunt lu-
cus vestris falsæ lacrymæ. Me nulla philosophora
ars à fide deducet: libens vtrumque parentem pro
Christi amore relinquat. Incensis igitur cupis eru-
pit flamma 30. cubitis excelsior: quibus sine laſio-
ne extinctis martyres instar auri rutilant, & can-
tant. Tunc Marianus praes ad filium ait: Ecce
mater tua, vt postulasti: triduo cum ea habebis
indicias. Hac enim ad omnia parata est tibi
consentire: tantum ne te unicum suum solarium
amittas. Hoe igitur triduo, ait Celsus, mihi matre
preces cõcessa nulli tuorum licebit interesse. Assensu pa-
SS. pro terno impetrato reclusi in custodia Martyres o-
Celsis rant pro matre Celsi. Nox locus commotus, ful-
matre, gor, odor & vox cōprobans iustificationem pec-
cato.

catorum nō defuit, quibus mater inducta Deum
filii sui agonizantis præmium non dubitauit cōfir-
teri, & monitu inprimis filii baptismum suscepit.
Quod ut cognovit Martianus iubet tibi vxorem
cum filio sibi, quibus interrogatis puer respondit:
Scito, pater, nos pro Christi amore in hac vita ipse
penitus non habere: pro qua re nec ego te noui
patrem, nec illa maritum. Nec morta iuslī präsidis
ministri comprehensuri matronam visu orbantur.

*Exemplum S. Seueri sanctissimi ex S.
coniuge Episcopi ex Cod. M.S. per
Surium editum.*

SEverus insigni Italia oppido Rauenna ortus,
nde quo dici potest, quod de S Greg. Pontifice,
vnde genus suum duxit. summū quoq; traxit ho-
norem, moribus valde inculpati, ixit, plenus co-
lumbina simplicitate: & quidem cū S. Tobia pau-
perē gesit vitam, sed erat diues in Christo, illius
diuino timori semper inhærens. Vxorem duxit,
& cū ea castum coluit matrimonium, victū quo-
tidianum, suo sibi labore parans. Textorem enim
fuisse veraci relatione constat. Accidit interea, vt
Rauennæ Episcopus ex hac vita migraret, & Ec-
clesia illa, pastore orbaretur. Conueniunt igitur
fræcetes Episcopi, & ex propinquis & ex remotis
laci, vt tantæ ciuitati Pontificem solito modo
præticerent, atq; consecrarent. Illis v. congregatis
Severus domi suæ laborans vxori suæ dicit: vad
ocius & videbo quis sit futurus antistes noster.
Cui vxor sedē hic inquit, & tuum negotium agc.

Nam

Nam si velis vacare otio, non erit id in rem nostrā.
Siue tu illic adsis, siue domi resideas, te Pontificem non creabunt. Ille porro, liceat mihi, ait,
cum bona pace tua illuc ire. Respondit coniux: fac ut lubet nam sine dubio, simulatque
eo fueris ingressus, Episcopus ordinaberis. Dixit
hoc illa falsè & irridiculè: sed vir Dei illicò abiit,
& veniens in Ecclesiam, ubi erat populus cum sa-
cerdotibus congregatus, quod esset vili & deformi-
opertus habitu, post templi ostium latitabat. Pre-
cibus v. pro more absolutis, ecce columba niue
candidior è cælo descendens eius capiti insidet.
Id ille conspicatus columbam à se abigit: at illa per
æra circum volitās, tertio rediit super caput eius,
tanquam in columba diceret Spiritus S. ad quem
respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum Spi-
ritu & trementem sermones meos, ea autē res stu-
porem attulit omnibus, qui tum aderant è clero,
& è populo, & in communi laudes gratesq; egerūt
D. o. Vbi vero tantum munus ille inuitus suscep-
pit, in illo exequendo se planè irreprehensibilem
exhibuit, locumque prorsus in eo non habuit, vt
vulgo iactari solet: honores mutant mores: quo-
tidiana enim virtutum illi accedebant incremen-
ta, & Spiritus S. quo autore id erat officii ad-
eptus, Apostolicis eum fecit ope-
ribus conspicuum.

* *

○

Leo

Leonillæ piissimæ & constatissimæ fæminæ Hortatus multiplex & conatus ad conuertendos & corfirmandos in fide & martyrio nepotes suos ex filio Speus sippum, Eleusippum, & Meleusippum.

Ex Tomo Surii 7. Ianuarii.

SPOlycarpus discipulus S. Ioannis Euang. Smyrnæorum Episcopus in Galliam persecutione martyrum sauentem misit egregios, constantes, pænatuum amore magis quam timore accensos sacerdotes Andochium & Benignum, & Tyrum Diaconum: qui Massiliam delati Eduæ repererunt Faustum Praetorem claram Christianum, qui ipsis hospitio receptis obtulit Symphorianum filiolum baptizandum clarissimum postea Martyrem futurum, & fororem suam commendauit Leonillam illustrem matronam ciuem Vrbs Lingonicæ, cui erant nepotes ex filio tergesmini fratres uno partu editi. Itaque cum hi fratres ad simulachrum Deæ Nemesis litassent & de libaminibus reliquias referuatas auiae suæ attulissent, ipsa coram S. Benigno huiusmodi oratione ad eos vfa: Conuertite, & nepotes mentis aciem ad Dei vnici potentiam, qua omnes angeli, qua mundi universa ordine pulcherrimo condita existunt: qui hominem ad imaginem suam efformatum intellectus

*Leonilla
laoræ
tio.*

lectus lumine ad bonum à malo, ad verum à falso,
 ad ipsum clarissimum Nūmen & indubitabile à
 Superstitionis fictitiisque Diis discernendum illu-
 stravit. Nec dum agnoscitis dolos Cacodæmonis,
 qui non minus mundi huius indigenas palpabilib.
 errorum tenebris involutos à veri Dei, eiusq; filii
 Iesu Christi Domini nostri cultu ad idolorū fidē,
 & æternas inde pœnas traducere conatus est, & co-
 natur assidue? Parluri igitur vobis & animarū ve-
 strarum saluti cautius prospecturi, in dies his li-
 bratis derelinquite, derelinquite, inquā, idola dæ-
 monibus consecrata, & solum Deum Christum
 sine hæfitatione confitemini. Indueite in animum
 vestrum, hunc S. Benignum, quem videtis, Diuino
 munere per lōginquos tetræq; tractusq; maris ad
 vos destinatum, ut vobis Euangelicæ doctrinæ ro-
 te animas vestras respersas ad cælestia fastigia ele-
 uaret. Hæc Leonillæ cum S. Benigno dilecte præ-
 dictati nepotes dixerunt: Quorsun. hæc tanto tē-
 pore silentio inuoluta iam tandem nobis ex promisi
Quibus illa. mementote, inquit, Patrem vestrum
 in suis erroribus obstinatum. nec meis acquiesce-
 tem monitis & præceptis meritam mortis & dæ-
 nationis sententiam exceptisse, qui viuens interpel-
 lare vestram attentionem, & histere profectu posse
 videbatur: nunc igitur arridente fortuna, proprie-
 tioq; Numine idolis spretis amplexa Orthodoxa
Cōher-
uentur
zorgō-
missis. fide salutis vestræ negotium serio agite. His igitur
 fratres & singuli admirabili per soporem visu in-
 structi & confirmati, & fidei mysteriis edocti &
 baptizati à S. Benigno idola sua destruxerūt: cuius
 facti

Exempla de Coniugis.

32

facti rumore ab omni populo Christiani cogniti
& accusati nullis minis & persuasionibus fide ab-
duci potuerunt, adeo, ut populi primates, iudices,
& sacerdotes Quadratus, Palmatus, & Hermoge-
nes Leonillam auiam eorum ad se perduci prae-
perent. Perductæ ad se dixerunt. Perge ad nepotes
tuos, & si à præparatis tormentis eos eripere velis,
monitu tuo idolis restitutis cōsueta libamina of-
ferant. His auditis pergit & inuentos in fide nihil
mutatos gratulabunda osculis & lacrymis profe-
cta sic affatur: Immortales Deo gratias ago pro
vestra salute: nullus vestræ stirpis nobilior, nullus
melior, nullus gratiō Dec inuenitur. Omnem fa-
miliam vestram præclara Christi confessione il-
lustratis; in tenera æate positi cūctos maiores ve-
stros sapientia antestitistis: thesaurum omnij preio
præstantē per militiam vestram acquisistis. State i-
gitur robore spiritus in religione sancta Christi
muniti: nalli cedite aduersitati, minis, suppliciis.
Regna huius mudi quid sunt nisi vetus & umbra?
Dei regno appetito nihil sapientius, quæsito nihil
melius, adepto nihil felicius. His dictis eos stabili-
tos intuita Deo cōmendatos dimisi. Cù igitur vo-
ce & mente & opere suam inconcussam testarētur
fortitudinem, ligatis sursum manibus, pedibus vero
deorsum suspensi in vna arbore, tataq; tormentorū
cumulatione sunt extenſi, vt pene putarentur ab
ipsa membrorū compage separati. Deinde in ignē
coniecti Christi præsentia illæsi sunt fæusti exul-
tantes, & tortoribus insultantes. Increduli quidem
curiosè cicatrices in corporibus scrutati non in-
uenerunt:

*Leonil-
la ad
nepotes.*

*Exten-
dentes
in ar-
bore.*

32 Exempla de Coningis.

venerunt:at Deus, ne expe&antibus palma martyrii differretur, per angelorum chorūm ipsiſ cōspicuum oratione in genua prostratos ad Paradisi gaudii pariter euocauit: quorum corpora ad vicū vrbatum à Lingonensi vrbē lapide sepulta populis vicinis supplicantibus sanitatum beneficia præstiterunt, & exemplis martyriū numerum adauxerunt. Denique Iouilla fæmina filiolum vlnis sustentans cum aspexisset fraternalum pro cæli regno fortissimum certamen, inter incredulorum cætus sublata voce le Christianam professa, & Idolorum inimicam, à capillis suspensa, multisque afficta suppliciis, cum Christum negare coacta nullatenus voluisse, vñā cum Leonilla auia sanctorum ad locum deducta martyrii, vicum, inquam, Vrbatum à persecutoribus gladio est perempta.

J. Io-
nilla.

De B. Eugenii honesta viuendi ratione educatione filie Mariæ ad parem virtutis gradum & religiosum statum, ex Surii Tomo 8. Febr. authore Metaphraste.

Erat vir quidam in Bithymia Eugenius. Is habebat vxorem valde honestam, & Deum timentem, quibus vñica filia, Maria dicta fuit. Eugenius mortua vxore filiæ pueritiam probis moribus imbuit. Dein grandiori natu factæ dixit, trado tibi, filia omnes facultates meas: ego enim vado, ut saluam faciam animam meam.
Cui

Cui illa, inquit, pater, te ipsum vis seruare & me *Pater* perdere. An non dicit Dominus, Pastor bonus a- *cum fio* nimum suam dat pro ouibus suis? Pater adhuc *Isa 4* se multa cum fletu lætitia ait: Quid à me requiris? *fatuas* Iam nunc in monasterium me abdam, quomodo *in clauso* cum viro sc̄mina versabets diabolo sexu vestro *fbro.* ad certamen in Dei seruos abutente? Cui filia, non ea mente mi pater, ait, fiet, sed tonsa, & habitu virili indura claustrum subitura sum nesciis omnibus. Non dispergit patri, cunctisq; suis facultatibus in egenos diuīlis ita, vt filia voluit, dimisit imposito nomine Marini præmonens hisce. Vide filia, vt te sis seruatura: futura enim es in medio ignis: non enim sc̄mina alieno se ingerit monasterio. Inducta sic secum officiis humilitatis, & obedientiæ cæterarumque virtutum proficiebat Monachis subinde suspicātibus eunuchum esse ex barbæ defectu, & vocis acumine, quod etiam quidam eius exercitiis aut alternarum dierum iheridie adscribabant. Post obitum Patris profectu virtutum edito virtute dæmonem ex obsessis eiiciebat prece, & manu imposta. Erant verò in *fama* claustro quadraginta omnis virtutis viri studio *frande* fissimi: ex quibus menstruatim quatuor ad alia ipsi loca subdita exhibant. Erat autem in media via *aufcra-* diuersorum, in quod seorsim eos recipiebat ho- *tur.* spes: cum igitur & Marinus præfecti sui suauis & iussu eo accessisset, labem famæ eius aspergere conatur dæmon. nam filia hospitis à milire corrupta, & patri vterum ferre cognita in Marinum subpulchrum adolescentem culpam transtulit.

94 *Exempla de Coniugio.*

Quare Pater festinat ad claustrum, & importune
obiicit praefecto & fratribus nequitiam Marini
filie confessione sibi patefactam: Cui postmo-
dum reuerso praefectus air: Hæcne est tua vi-

afflictio hospitis nos idcirco pessimè in lectantibus. Marinus
fusco- his auditis prostratus humili, hanc, inquit pater, nii-
pra. hi noxam condona propter Deum. Praefectus
eum claustro eiecit. Eiectus in vestibulo clau-
stri sub dio frigoris, & astus, & aliorum incom-
modorum, & notationum patientissimus. Insu-
per tamen lacte à Pastoribus emendicato in-

*Rece-
ptio.*

Mors.

Cum autem fratribus longum pénitentiae mero-
rem miserantibus & pro eo intercedentibus in
claustrum esset receptus, humiliter & strenuè re-
ligiola obibat munia, nec puerum negligebat
postmodum in monastica disciplina exiūm &
amabilem omnibus futurum. Denique cum Ma-
rinus triduo non comparens de more, defunctus
est repertus, & ut sit, corpus opera fratrum
abluendum ante sepulturam, alieno in eo sexu de-
prehenso admiranti cum fratribus praefecto ca-
litus responsum: quia ignorantia caussam sustinet
culpæ, ideo veniam meretur. Accessit etiam cum
hospite filia, quæ statim à Dæmone arrepta fra-
trum precibus ad eius sepulchrum pro-
fusis liberatur.

* * *

Admit

*Admirabile S. Romanae continentiae studiū & pacium seruandae cum Apenia
no coniuge cum pari profusissimae beneficē
centiae, rigoris, & aliorum conuere-
sionis studio, & de-
siderio.*

Sur. Tom. I. 31. Ian.

Notum est Romam ut trophæis & amplitudine potestatis & opum, sic martyrum exemplis & virtutibus inclaruisse. Hinc Melana Senatoria stirpe optima ex optimis parentibus nata anno **XIIII** ætatis suæ licet continentiae seruandæ studiosissima, pro qua parentes opes ipsi congregantes ad spem successionis fructuorū orauit, inuita traditur nuptiis æque nobili Apeniano **XVII** annum agenti. Nec minus completis nuptiis *Inuisita amore castitatis ardescet itentidem cum lacrymis* *nubis.* sic compellabat maritum. Eia, marite, si placet, vniione voluntatum continentiam amplectamur, erit enim occasio hæc honestatis in vita virtutisque eximiae tractandæ. Si autem aliter tibi videtur ob ætatem, sine me prosequi cursum meum: libens volensque omni thesauore, & famulitio tibi cedo Ille adhæc, non possunt, ô vxor hæc modò fieri, sed non multo post hæredenato in hoc instituto castitatis virginines erimus: cur enim nunc vir mulieri tibi cedam? Exinde pro-

gnata puellula Deo soli amore continentia & per-
urgente à Matre dedicatur: temperantia ipsi cura
erat, & contemptus splendidae vestis, & lauaci, si-
quidem ad balneum à parentibus & marito dedu-
cta tantum faciem lauabat: vtque deinceps late-
ret, auro ancillis persuasit. Porro multis modis
tentatis frustrâ ut marito societatem instituti per-
suaderet, compertoque eum plurium liberorum
desiderio teneri, de fuga cogitat & omnium po-
tius bonorum iactura facienda, quod quidam bo-
ni amici ei dissuadebant prætextu salutis viri pro-
curandæ. Mansit quidem agrè ferens eam, qui-
tenebatur, necessitatem: cilicium autem infra
sumptuosam vestem præludium l'exercitationis
fusæ semper ferebat, quando cum marito non ha-
bebat consuetudinem. Cum verò omnium fallo-
ret oculos, amitam suam latere non potuit: sed i-
psa eam increpabat, & indumentum irridebat
at ipsa non tam doluit de asperitate ipsorum
quam quod latere non posset: quo circa lacrymis
& precibus, vt restaceatur, impetrat. Erat ei ma-
ximè in votis à mundo abrumpi, & cum Deo se-
gere. Instante igitur secundo partu scribi S. Lau-
rentii in somnis genu flexa modulando dolores &
naturam superare contendebat, quo conatu dolo-
res augente partum edidit masculinum mox post
baptisma cælo transmittendum, at ipsa ob vim
consequentium dolorum cum vix abesset à le-
ianua, virum pari inuoluit dolore & metu, eum
que ciuantem & meq; ambito sèpius in orbem al-
taris pro vita vxoris supplicantem reuocat ipsa
admodum.

*Clam
rigide
se tra-
Elat.*

*Occa-
sione
consen-
sus eli-
gitur.*

admonet promissæ continentiæ, quo pacto ob-
tentio & sibi vitam & marito cœlestem gratiam, &
vitam addicit. Cui cum placeret conditio, ipsa
Dei, ut putandum, ope sanata, & exhilarata depo-
sito mundo muliebri æstio rem viuendi ratio-
nem molitur & defuncta filiola amplius persua-
detur marito. Quare amplexo Christi iugo cum
in virtutum stadio pulchra æmulatione certaré, Apes
& vita & habitu Monasticam elegissent institutio-
nem, parentibus id non permittentibus de fuga
cogitant. Cogitantibus sub noctem afflatu odoris
sua, assimi simul inusitato voluptatis cœlestis sen-
su affectis, & Diuinæ voluptatis arbitrio expecta-
to se permittentibus, eoque declarato, & amoto
per mortem patris Melanæ impedimento placet
Urbano tumultu relicto suburbani quietem
amplecti, quo tempore Apeniano xxv. & Melanæ
xx ætatis annus erat: quæ ætas adolescentum san-
guinem potentiore rabie extimulat. Melana sanè
omni cautione adhibita tum sibi accurata viuendi
ratione prospiciebat, tum Apeniano non iniucun-
da adiutrix erat, eumque à semita perfectionis nsamus
non nihil declinantem sapienti correctione ad à Me-
viam pietatis reducebat: & illi quidem nihil tan- lana ad
tæ curæ erat, quantæ nihil ea curare, quæ ad cor- ulteros-
pus pertinebant: imò verò & cibo & veste, & o- rain-
mai ratione flammarum iuuentutis extinguere, i- fligat-
psumque vestium præclarum cultum nec dum thr.
amolientem tum admonendo, tum scitè quoque
& aptè irridendo peruicit. Dices Euam è dia-
macro ad pugnæ præire officia. Eos enim, qui ze-
grotas-

grotabant, adire & inuisere & curationem adhibere, & peregrinantes hospites mensa accipere & viatico donare à Melana docebatur maritus. Quia quidem ambo pariter faciebant, & obibant ut omnium tutores custodias, loca relegatis constituta, carceres, & ergastula, soluentes qui propter inopiam, re autem & verbis consolantes, qui propter aliam calamitatem detinebantur. Progreßus longius venditis facultatibus pauperes ditare incipiebat præter spem in Deum nihilo sibi relicto.

Apenianus à fratre sposum. Interim diaboli inuidia Seuerus Apenianus Germanus fratris & vxoris constantiam labefactare aggressus, molestia fratrem afficere, agros adimere, fructus abripere, vim inferre undeunque cohorti nihil permotus sed magis iniuriarum voluntaria ex legis praescripto perpeccione munitor grauiore impetu adoriri, seruos fratris tum promissis, tum pecuniis ad defectionem solicitare, iure & titulo seruitutis, agrorumque, quos colabant inhabitantes, ad ipsum translato. At gauil incolumi virtute de intercepto largitatis riuo dolabant. Non haec autem ita gerebantur, ut in pri-

Verina Angusta patrona Melane & sponsi. mis pia imperatrix Verina non haec acceperit auctoritate: sed ad eam quidem diu antea peruenera fama eorum philosophiae, ducebantque operas pretium & videre & audire dicentes, & multis precibus accersebat Melanam. Tunc autem tempore quoque dante occasionem illam magno studio vocavit: Illa vero iuit. Sed quae exiterunt ante eorum congressiōem, satius est pauca ex iis audiēre. Erat quidem haec lex apud Romanos, ut nullus

Ius vir aut mulier ad Imperatorem aut Imperatricē operto capite accederet. Ipsa verò legem nihil curans velata accessit nō Tyrannorum mores, sed Paulli legē maximē dicens oportere conseruare, qui non sinit mulieres nudo capite incedere. Sed neq; vestē voluit mutare, neq; pannos, etli id multi suaderēt: quibus dicebat: nēis me vestib. indui, quomodo eas exuam? vnde ingressa in regiam, nē intuitu quidem digna iudicans, quā apud alios in admiratione sunt, præteribat. Ingressis augustā mox asurrexit, & beneuolis verbis ad proximum confessum recepit vestitus mirata rudita ē: & conuocatis suis Melanam affata, ḥ quam rem nunc intueror, dixit, Te iam pridem quidem Diuinam esse mulierem audiui, nunc verò etiam video, beata tu à Deo beatitudinem iure consecuta: quā quidem ē throno aureo consurgens inter amplectum admirans dicebat. Promittenti dein se de Seuero pñnas sumpturam dixit Melana: Tuius nobis iniuriam pati, ne vindictæ studio contra illud faciamus, cum quis te percusserit in aliam maxillam, præbe illi & alteram: & voluntati tuā compensatio a fluenſ respondebit, nobis sat esto, damnā præscindi, nec nostra quidem id cauſa, sed inopum, ne beneficentia frustrarentur: & quidem pñna Seuero condonata, ipsis verò facultas vendendarum possessionum concessa, prædiorumq; in Italia, Sicilia, Hispania & Britannia non paucorum, pro quibus emptores promptè studio Imperatorum pretium exoluebant. Post hæc sine numero accepto honorificè cum comitatu

Exempla de Coniugiis.

40 Eunuchorum dimissi. Cum autem nullus præter Augustos pares ipsis essent diuitiis duodecim milibus annuè receptis, domusque tanra maiestas, vt illius pretio exfoluendo nemo Romanorum pareret, quod paullò post ob exustionem Barbaricam imminutum, vniuersum ex his collectum thesaurum inter pauperes distribuere voluntarii ipsis pauperes effecti maiore laude, quam Job, qui necessitati in hoc paruit: cuius vxor imbecillior ad sustinendum, Melana verò alacritate prompta sui etiam scopi maritum reddebat participem. Est autem satis euidens supernam dextram eis operem tulisse, quæ & stantes custodibat, & si quando fuissent supplantati, ipsa eos protinus erigebat, & confirmabat. Ipsi eos sape cum in somnis prolaberentur, sustollebat, & efficiebat eos in posterum cautores. Aliquando autem vissi sunt sibi ambo simul in principio quidem ambulare per viam admodum angustam & fossis interceptam, quæ ita eos affligebat, vt viderentur sibi esse contriti & confracti. Postquam verò eam cum magna afflictione & perpessione consecrissent, tunc eos exceptit relaxatio, liberumque & latum spacium, & voluptas ineffabilis & valde admirabilis. Sic Deus efficiebat, vt ii apertè de futuris certaini conciperent fiduciam, & quod paruos labores magna præmia esissent consecutra. Sed non erat negligens inimicus, sed omnibus modis aggressus vicitus recessit. Collecta fuerat ab ipsis magna vis multorum inopia subuenturum. Quare ianuimus

Dei
auxi-
lium &
solame.

cus auricolo ingestus animunt demulxit, recon- Tenta-
 diti commonefecit, ut ratione thesauro priuata ^{110 opū}
 auri caperetur amore, sed frustra, cum ipsa auri & obte-
 formæ speciem cœlestium incomprehensibilem, etation
 transitoriae æterna prudenter obtenderet: idque ^{num a-}
 in alia supra alias grauiissima tentatione, qua ipsi ^{tarum}
 balneum ipsius molesta suggestione obiectum ^{superao}
 fuit, cuius altera pars maris, altera arborum situm ^{140.}
 ostentabat, ex cuius folio fluctuum in alto vicissi-
 tudinem, arborum proceritatem, garritus avium,
 riuorum fusurros & lympiditatem, venationis
 apparatum, & id genus amænitatum copiam erat
 intueri & sensibus percipere: at illa cum his futu-
 ra bona Diuina compararet, ita victoriam ab ho-
 ste retulit, ut omnis pugnæ materia adempta v-
 trique videtur. Quam verò deinceps gentem
 eorum beneficentia non peragravit Mesopota-
 miæ, Phæniciaæ, Syriæ, AEgypti, ad Eurum, ad
 Zephyrum? Sunt autem, qui dicunt, eos totas in-
 sulas vel emptas, vel ab imperatore donatas aut
 concessas, alias sanctis viris donasse, alias choris
 virginum & Monachorum implesse. Rebus in
 Italia dispositis exceptis nonnullis relictis in Si-
 ciliam abeunt vendendi gratia & S. Paulini patris
 ipsorum secundum spiritum in viendi. Profectis
 ab urbe præstus eius illimis oculis reliquias opū
 intuitus in ioro plebis tumultuantis ob panis ^{libera-}
 inopiam furore occiditur: in agro autem suburbano ^{titas.}
 no Myorum barbaries reliquum subtraxit, quod
 indicium erat, non sine Dei nutu res suas in tato
 collocasse, & in cœlestibus horreis condidisse.

Nauigaturis in Lybiā & Carthaginem aura aduersante Melana, quod putaret sic Deo placere, vento parendū rata, eo sequi iusso appellant insulam à Barbaris direptam abductis captiuis, quos annuentibus ita barbaris incercione Præfus loci redimunt, & quingentis insuper aureis, paueque dato calamitosos solatio sunt prosecuti. Hinc vento secundo Carthaginem feliciter delati more suo facultates vel in Ecclesiās, vel pauperes, vel claustra effundunt. In vrbe Tagaste inueniunt Alypium eloquio multorum salutem promouetem præsidē templi, quod mox auro gemmis, & agrorū prouentibus locupletarunt, cum ipso verò assidue diuina meditabantur eloquia: struxerūt & duo monasteria mediocriū redditum alterum virorum 80. alterum yiginū 130. Uchinc nequaquam oblita abstinentiā inediā interdiu sustinebat, circa occasum solis duro pane, & subinde modico olei obsonio contenta. Vino prorsus abstinebat. Condito, quod vocant, ex melle sitim leuabat. Tēpus verò, quod multis sēpe obtundit & redardat impetum, ei ipsum aciorem reddebat: & quidē ad secundū, mox ad tertium, deniq; ad septimū diem inediā producebat expers omnis voluptatis in cibo, & laboriosa permanens. Scribebat celeriter, & pulchrè & citra errorem, sine reprehēlione peritorum, quo pene dies effluebat, lassatisq; manib; oculi percurrendis scriptis, aut memoriae mandandis succedebat, aut sanctorū sermonibus aures applicabat: nec parum tribuebat orationi præser-tim nocturni temporis vix duabus horis quieti relictis

*exercit
eia Me-
lane
crescē-
tua.*

lictis in humi reposito facco , citata Christi voce
vigiliam mandante,dum incerta furis aduentatis
hora imminet. Præterea & se,& quæ secum erant
virgines,sic faciebat aduersus somnū contendere.
Sibi autē leges imponebat,& à se rationē exigebat:
& otiosa oratio,& mores non satis graues, & risus
nimis profusus,& sinistra cogitatio omnino casti-
gabatur:& non sinebat omnino malam aliquā nu-
beam ætherem mentis subtercurrere. Atq; illa qui-
dem tam cautè, & tam duriter vitam agebat,& a-
liis erat regula,vt eam viam ingredenterentur. Cū au-
tē ieiunio octauum diem, qui dicitur Dominicus
adiiceret . ita præfectæ vetanti ob memoriam re-
surrectionis parebat secundū Apostoli præceptū,
vt modici olei & cibi parte contenta esset. Eius au-
tem in laboribus diligentiam, & à suis laborib. le-
ctionis vehementem contentionem,& corū, quæ
lecta erant , acrem perscrutationem,& multa alia
qnishā satis potuerit verbis exprimere? At scriptio-
nis qnidem luerum , & vestis manus sua confectæ
in opibus tributum. Scripturæ vtriusq; secræ adeo
lectione afficiuntur,vt tum ter in anno repeteret,
tum pulcherrima quæq; semper in ore haberet,tū
in inquirendis & librandis esset miræ attentionis,
vt vix vocula effugeret. Nec minus Neotricorum
bonorum authorum indiligēs erat, quorum uti-
lissima quæq; possidebat & caliis cōmunicabat. De-
niq; Græcæ linguae vsus adeo erat ei expeditus, vt
negares Italianam ei patriam fuisse: Interim honesta
quædam & grata lenitas sermonem cum philoso-
phis initum temperie quadam cōdiebat, zelum in

Chri-

Christum nutriebat amor quidam insperialis, & qui contineri non poterat: qua ratione eriam effect, vt non solum mens eos auersaretur, qui furio-

Heres. sam aliquem sequuntur haeresim: sed nec nominicos a- nari audiri nomen sinebat apposite ad illud Da- uersa- uidicum: non meminero nominum eorum per labia mea. Intendebat lucro animarum donis & verbis utriusque sexus inuentutem alliciens, & temperantiae, & exercitiorum societatem per- suadebat: nec deerant inter ceteros gentiles & Ca- maritani, quos rectam fidem edoctos sui dimissis suis sequaces effecit. Accessit huc incredibilis to- lerantiae assequendae & exercendae methodus.

Arcata domus enula. Lignacum sibi parat arcā, in qua vix erecta stat, vt vix ad alterutram partem inclinari posset, in qua per arctum spiraculum verba accipiebat & reddebat, quo mater nauigationis pristinæ & caelestis methodi socia ab oratione & eloquiorum medi- tatione respirantem identidem oculis & voce sa- lutatum accedebat. Sic cum omnibus ipsam quo- que vicit naturam: mater sanè & lucro spirituali lera, & Deo grata recedebat de tali tibi data sobo- le. Et quid opus est illius omnia prosequi? Ad eius enim laudes pro omnibus sufficit modestia eius & moderatio, quod, cum viueret tam pure, quam nullus alias cor haberet contritum & mentem de- missam ac humilem, vt nullus alias ex iis, qui mul- ta admittunt non honesta. Dehinc subiit in ani- mum cum matre & Aperiōno Solymas & lo- ca Diuinis vestigiis impressa venerari, & appulli-

Iter Hero- solymi- ganum. Alexandriam S. Cyrillum Antistitem iubar sacer- dotum

dorum clarissimum cum quodam propheticō vi-
ro Theodoro conueniunt, & accepta salutari in-
structione reliquum nauigationis cursum matu-
rant paucis necessariis sumptis, vt in numero es-
sent mendicantium: cum quidem Melana leui va-
lerudine tentata, eaque mox recuperata, oblatasq;
sacro Christi sepultū Mausoleo adorato, reliqua
obibat & sacerdotum maximē, qui eminebant sa-
pientia dicendi, conuersatione, ob fructum, vte-
batur libenter, victu tenui, manibus, vt ante, qua-
sito: & circa vesperum ingressia Christi sepul-
chrum ibidem in oratione clauso templo perno-
ctabat, donec ingressi essent matutina cantaturi
cantica, quibus finitis ipsa non nihil quieti se man-
cipabat. Interim Christianus quidam, sicut ro-
gatus erat ex venditis ipsorum possessionibus,
quæ supererant pretium transmittit ab Vibe Hie-
rosolymam, cuius more suo egenos heredes fece-
re. Vbi aliquamdiu morati rursum matre senio
grauata in habitaculo ad radices Oliueti montis
relicta in AEgyptum vterque pergit caussa visen-
di sanctos & sua egenis impertiendi. Inuenerunt
ibi in cella insignem Christianæ philosophiæ af-
fectionem Ephæstionem, cum quo recusante oblate
dona Melana pulchrum certamen init largitio-
nis: cum crebro ambisset domunculam nec re-
perito nisi storea & sportula cum salis modico sub
eo auro reposito preces hominis poposcit & im-
petravit: at hoc animaduerso celeriter infecutus
voce procul stitit, & manibus aurum quatiens o-
stendit, & dixit se nescire, ad quid eo vteretur: qui
SENIS
aiunt,

siunt, si tibi non prōderit, at aliis erit utile: quibus ille, at quis, ait, in hoc deserto & omnium egeno loco à me petet? non acceptum verò aurum sex in profluentem abiecit & abiit. In plures eiusmodi cum incidissent auersatos tanquam letiferū venenum, & dein Alexandriæ, mox trans Nitriæ montes Athletarum Christi cōspectu, & exemplis animos paucissim, & locupletassent, Hierosolymā redeun̄t. Ibi Melana exorto Luminū festo in celia se includit lege sibi facta, ne quis pr̄ter matrem prope oliveti iugum degētem, & Apenianum idq; quinto tantum die se inuiseret, pr̄terq; consobrinam, quam in suam disciplinam receptam, cū tuisset plena fastu, & Romano spiritu, ad summū modestiæ apicem deduxerat. Traductis à Melana ibi laboriosissimè xiiii annis, matre tandem defuncta, & sepulta, in simili alia tenebrosa cella annum in luctu ieunio, & exercitatione traducit. Cum hominum sermonibus fama eius increbesceret, & inuiseretur à plurimis, cænobium costruit nonaginta virginū vīsibus aptatum: in quo pr̄ter virgines, aliæ quoq; non satis continentis ante vitæ maturitas ad meliora institutis degebant: quibus etiam eiusmodi leges datae: ne cum viris silentium soluat, ne excant ex claustrō, ne quid externarū rerū accipiāt, vt vni præfectæ pareant. Que officio Melania nou accepto subdita fuit, vt amoris amplificādi, & propinquai exempli, & modestiæ vndiq; ab omnibus seruandæ viua esset regula, & obsequio ancilla, benignitate verò nater. Vnde si mandato præfectæ aliquæ infirmiores continentiaz rigore vide-

*regula
mona-
sterii.*

viderentur onerari, eis solatii loco abude erat Melana, quæ oneris grauitatem apte & prudenter leuiorem reddebat, & ipsa subinde ieiuna sub strato cuiusq; cibo reposito curabat, ut conscientia datrias benevolentiam & obedientiam in seipsis erga eam promptiorē efficeret. Dicbat autē, non oportere *Docu-*
solum corpus, sed etiam animum castum & purū *menta,*
seruare à libidinosis cogitationib. deinde media
quicē nocte ad preces nullam ostendere pigritiam,
nec in precibus solum labra mouere, sed totam co-
gitationem dictis adhibere, absurdum esse bona si-
ne studio petere, & ad mortalem regem habitu &
vultu compositum & cum reverentia accedere,
nec ad infinitā Maiestate timidos adire. Adiecit
his in fine plurima de caritate, sine qua frustra sunt
ceterae virtutes, & quidem inediae & vigiliae, & a-
liarum virtutum comitatiū corpus spiritus ma-
lignos quodammodo habere confortium at non
ita caritatis & humilitatis, quæ sunt in animo, cū
ipso ob malevolentiam & superbiā sint ad infes-
tos relegati: nec minus fidem dicebat esse neces-
sariam, eamq; rectam, puram & dubitationis ex-
pertem, sine qua tanquam basi cetera etiam p̄-
clarissima dispereunt. Cum cerneret se ob ieiu-
nium à mulieribus aetimari, metuens, ne in eo o-
mnia ponerent aliis neglectis virtutibus, similitu-
dine eas docebat, quod ut sponsa amicta cuitu
circa reliquum corpus, circa pedes neglecta & in-
cultu, sic animam nec sine ieiunio ceteris virtu-
tibus, ne sine his solo ieiunio rite exornari:
obedientiam etiam aiebat necessariam ex or-
dinatione diuina, & quod sine hac rerum tur-
batio,

batio, & confutio nominum cum rebus ipsis sit exoritura: omniaque hæc dicta exemplis stabiliebat aptis, inter quæ vnum non tacebo. Tenebatur quidam studio disciplinæ clari cuiusdam fenis: qui præmonstratus ei, qualem requirat, discipulum, iussit statuam flagris cædere, quarecumque responsaret, quo negato iussit maledictis eandem incessere, cum & his immota esset, si inquit, tu potes eadem sustinere & nihil contradicere, accede & nostra disciplina fruere: sin minus, ne te ad nostram conferas disciplinam. Hæc & alia multa cum puellis proponeret, lucro operum, & damno omissionis inculcatō perspœad sedulitatem & laborcm audacter subeundum prudenter & generosè extimulabat: Et templum eis struxit. Accidit tunc Apenianum coniugem suum secundum carnem, fratrem autem secundum spiritum deseritis his imis ad superas regiones migrare. Eius mortem calcar sibi & ansam rata esse incrementi maioris intra templum ieuniis & laboriosis exercitiis per quadriennium versatur. Ad virorum claustrum suo instituto conuenientium inopiam eius locupletis viri thesaurus subleuabat. Cum vix ab his respirasset, Volusiani patruī literis ad Eudoxiam Augustam cupidam ipsius videndam Bizantium vocatur: confilio igitur cum aliis suis habito vadit, & ubique in itinere, plebis & Cleri applausu excipitur, ut & Calchedone, ubi in templo S. Euphemiae nocte sepulchri eius odore misericordie recreata, & in tristere prosequendo exempta hesitatione confirmata. Vbi venit in conspectum

*Mors
Ape-
niani.*

Volu-

Volusiani adhuc gentilis ille mutationem pristini splendoris & gracilitatem vultus miratus aiebat: proli qualem ex quali te conspicor? illa a-
pto responso à me, inquit, formam accipe futuro-
rum bonorum, quorum me spes sola ad omnia a-
spernanda commouit: insinuabat quoque se per
alios eius voluntati, & verò per S. Proclum Anti- *S. Pro-*
stitem quam maximè, qui admirabundus dicebat, *cls te-*
si Roma tales tres matronas haberet, nullius infi- *ftimo-*
delis nomen ibi audiendum. Nestorii videns hæc *nsum.*
resin ibi irrepentem dissolutis toto die eius so-
phismatis infestis sanabat, periclitatos eximebat.
Quod non ferens diabolus in specie mariti lugubri & atra ueste induit ei minitabundi apparet,
nisi absit, Augustorum & aulicorum eius se animos immutaturum, & ipsam cruciatibus vitam
finituram. At illa suboluta fraude inuocato sal-
uatoris nomine grauissimam ei plagam incutien-
te abigit. Deinde cum accessisset eum, qui cum i-
psa erat, sacerdotem, & incepisset narrare ea, quæ
viderat & audierat, sentit repente dolorem in co-
xendice, cumque adeo acrem, ut eā vocem amife-
rit, & nemo dubitauerit, id esse manifestum ini-
mici insultum. Cum sic productus esset ei dolor
vixque ad sex dies, & illa hora maxime malum in-
tenderetur, qua nigrum aspicerat, & minus audi-
uerat (aderat enim dies septimus) accessit qui de
periculo moribundi patrui referret, & dum vel-
let eo portari, anxia de salute animæ eius, si sine ba-
ptismo obiret alius superuoluit, qui fidelem eum
factum & baptismate initiatum dicebat: quo au-

dito cum dolore animæ protinus cessauit etiam morbus corporis affecto ignominia inimico, & gratulantibus baiulis, deoq; gratias agentib. quod iam incideret: & patrum quidem monitis in fine confirmatum & synaxi sacra procurata munera cum bona spe dimisit. Bizantii permultis diebus functa feliciter officio ad felicitatem multorum, præsertim Imperatricis & Imperatoris (is erat Theodosius) magis ob tumorem glorioli status indigentium. Hinc prælata quiete egreditur, ut festina Solymas repeat, ad quas & loca sancta veneranda Eudoxiam inuitauerat, quæ dein secuta gratulata sibi fuit de tali felicitate, quod & tanta videre, & tantæ vti directione & virgines eius salutare licuisset, cuius etiam pedem luxatum matrona loco restituit. Augusta precum dimissa oblatione ad plures labores se comparat, & miraculorum copia florebat inter quæ aliis omissis libet commemorare, quod mulierem insanabilem, & rictu per constipationem dentium imperuio famatibuscentem ad reliquias martyrum eorum oleo unctam, dictoq; aperi in nomine Iesu sanavit, sed

Humi- ita cautè, ut translata à se gloria in Christi martyris. res qui hæc & alia potuere, non ipsa laudem & fauorem humanum repudiaret: zona quoque suis pluribus sanatis aliis tamen acceptum feriebat: qua cum moribundam pueroram fætu mortuonearam liberaret, eam esse donum alicuius magni viri dicebat. Denique præficia horæ mortis & obitis locis sacris ad speluncam præsepis Christi se confert, in qua consobrinæ dicit se natalem Christi non

Exempla de Coningis.

58

NON amplius celebraturam cum ipsis, & lecta vita.
S. Stephani se eam non vltra lecturam, monita salutis eis dabant, memoriam Dei perpetuam persuadebat, & puritatem mentis circa villam peccati labem commendabat, & solatium hinc capiendum, si eius defunctæ dolore forent tristandæ. Ingressa templum instituit precibus pro felici exitu, & sacramenta percepit & praesente cum Clero suo & multis aliis vndiq; confluentibus Episcopo Eleutheropolis monita salutis dedit, virgines & consobrinam consolata & alios marentes in his verbis (sicut Domino placuit, ita factum est) spiritum Deo reddidit, mortua decorè per se composta manibus ad pectus applicatis, clautisque superciliis altero die humata est praecantatis tota nocte consuetis hymnis.



EX TOMO II. SVRII,

*Encomium sanctitate & profapia illustrum Parentum S. Suiberti quorum
meritis & precibus mirabili præfigio
natiuitatis & Apostolice in Friesia &
proximis regionibus prærogatiuæ
ortus est.*

Sur. Tom. 2. 1. Martii.

PRæsidente vniuersali Ecclesiæ S. Martino,
& imperante Constantino Filio Heraclii, &
F 2. Oslui-

Osuino fratre s. Osualdi Angliam moderante
Anno D. 647. in Anglia regno Nortumbrorum,
dicto erat Comes de Nortingeam Sigebertus sté-
mate nulli secundus bellator strenuus & indu-
striosus, cui coniux deuota & ingenua erat Berta

Pietas coniugum. Anglicis oriunda principibus. Hi coniuges casti-
monia, Dei timore, religionis cultu, precibus &
Eleemosynis quotidianis florebant. Porro Berta
Angliae conuerentes. tenebatur desiderio filii. Dei ministerio dedicans
di instar aliorum complurium regii & illustris
sanguinis Episcoporum & Abbatum Angliae no-
uellas stirpes satu suo educantium & fouentium:
Dominus autem maturè precibus eius inflexus in
somno ostendit ei illustriorem aliis stellam in ze-
thera duos lucidissimos radios alterū in Galliam,
in Germaniam alterum protendentem, & in ad-
mirabundæ cubile odoris pariter & luminis ra-
dium vibrantem, nec mora stellam in stratum de-
lapsam ipsam circumdantem: vnde excitata cum
viro Segeberto vocem commotæ cōiugis audien-
te & quid gestum ab ipsa cognoscente in precatu
ad matutinum perseuerauit tempus: & statim s.

Responsum consulti E. piscopi. Aidanum Antistitem Augustaldensem super ob-
lata visione consuluerunt: qui retulit, filium, qui
ex eis nasciturus esset, lumen non modò patriæ
sed etiam sidei in vastissimis regionibus propaga-
torem fore clarissimum. Quo auditio grati Dco
laudes dixerē, & in via diuinæ legis alacrius &
constantius perrexerē. Denique radius priori si-
milis in partu irreverberato lumine cubile cun-
ctis admirantibus illustrauit.

Exem-

*Exemplum vocationis Diuinæ à parentib;
bus non interpellandæ : in vita S. VVi,
nuualoci ex M.S. codicibus per
Surium edita 3.
Martii.*

Fuit in Britanua vir illustris Francus no-
mine confobrinus Cotonii regis Britanni-
ci, idemque vir bonus & integer, Christianaque
religione initatus. Hic ex coniuge sua, cuius no-
men non exprimitur, filium suscepit VVinuu-
locum, qui in ipsis primæ ætatis initiis cœpit ar-
dere desiderio rerum cœlestium mundi respuere
illecebra, & soli Deo viuere velle. Orabat itaque
opportunè importunè parentes suos, ut litera-
rum studiis imbuendus cuidam viro Dei trade-
retur. Pater id renuebat cupiens eum ad ea,
quæ mundi huius sunt, promouere. At pius puer
dolens se suo voto frustrari, ad Deum se conuer- *Atten-*
tit eius opem attentissimis precibus implorans, *tarum*
Non defuit Dominus eius religiosis desideriis. *precū*
Cum enim aliquando abiret pater ad visendos *fructus*
greges suos, ubi eò peruenit, subito insonuere su-
per eum horrenda tonitrua, & ruentia fulgura,
ut horrore penè exanimis sit prostratus. In has
igitur improposito redactus angustias, animaduer-
tit diuinitus istud fieri, Deumque ab ipso repo- *Patrie*
scere filium, quem mundi flexibus erat implicitu- *impul-*
rus. Itaque mox in has prorupit preces : Domine *sus è*
Deus calo.

34 *Exempla de Coniugio.*

Deus, cuius sanctissimæ voluntati par est neminem obliuctari: en hæc filii mei causla patior, sed nunc eum tibi deuoueo, tuum tibi restituo: quin etiam amboſ eius fratres natu maiores tuæ militia libens transcribo. Expleta hebdomada abiit pater cum filio ad quendam magni nominis faneum: in quo itinere grandes procellas subito ortas monitu pueri precibus in tranquillitatem vertere. Iam vix in conspectum sancti hominis peruenierant, quin statim patri dixerit: hic filius tuus ætatem moribus transcendens multis erit causa
Pietatis salutis: quare pater eum sub magisterio eius liberis reliquit, non modo literis, sed etiam virtutibus imbuendum: qui eo viuacitate ingenii præconium fecit, ut sacræ paginae nequaquam rudis interpres haberetur, illustratione S. Spiritus confirmatus.

Encomium S. Cunegundis Augustæ cum Henrico II. Imperatore non modo castitatis integræ seruatæ, sed etiam aliarum virtutum consummati fastigii: incerto sed fide digno authore apud Sur. Tom. 2.3. Martij.

SAECULI supra millesimum centesimi, Romani regni, & cœlestis pariter cum coniuge glorioſissimum decus S. Henricus II. ut studiosissimus fuit propagans filiae, defendendæ & exornanda Catholicæ Ecclesiæ, ita consensu perpetuae virginitatis

ginitatis cum coniuge Cunigunde tuendæ prorsus fuit admirabilis, quam sub terrestris clamyde imperii satagebant abscondere, ut tanto propensius, quanto efficacius poterant, promouerent, quæ Deo instigante & adiuuante ad laudem ipsius cogitabant perficere. Insigne religionis & munificentia horum documentum visitur Bambergensis Vrbis & Diœcesis cum adiunctis Monasteriis & sanctuariis Ecclesia Episcopali sede nobilis. Diuinum adhæc testimoniū effulsiū non modò in approbatione virginalis sibi gratissimæ pudicitia, sed etiam in eius famæ contra zoilos & obreætatores protectione, dum super ignitos vomeres incolumi planta Cunigundis vita est procedere. Verum imperatore ad cælestia regna, quæ terrestribus semper prætulerat, non multò post feliciter euocato Cunegundis animam eius omnium in regno suffragiis & sacrificiis commendare non destitit. Denique Conrado sibi succedente in regno, ipsa curis sæcularibus pro voto suo exonerata in ipsis anniversariis S. Henrici coniugis exequiis inter ipsa sacrificii solemnia imperiali decentissimè omni ornatu culta ante principale altare virgo Deo deuota processit prælendibus Episcopis Dedicationem Ecclesie Confugiensis pariter exornantibus, dum de Zachæo Euangeliū concineretur, regalem purpuram cuu religioso habitu commutauit. Porro in monasterio non ut mater filiabus se prætulit, sed omnib. inserviuit, & manib. suis operata panem otiosa non comedit: sponso suo aut orans

Patr. conti-
nentia
ad di-
gnorē
& cer-
tiorē
finem.
Calu-
mia
mirā-
culosa
repreſ-
ſio.

Com-
muta-
tio ſta-
tu rā-
ra.

Exer- aut psalens locuta. Ad Ecclesiæ limina pœnè inui-
citia & sa properabat. Nihil seueritate illius iucundius,
virtu- nihil iucunditate seuerius: tristis in risu, in tristi-
ges in tia suauis, breue vitæ spacium æterna memoria
cœnos. compensabat. Idem illi orationis locus fuit &
bis S. quietis, idem semper habitus, incultum corpus,
Cune- dum sciret reiçendas delicias corporis, quod
gundis. paulò post vermis exarandum fuit. Semper
eam legere, aut legentem audire vidisles. Multa
illi circa contubernales deuotio, frequens decum-
bentium visitatio, sollicita pauperum consolatio.
Cum ipsa decumbenti in lectulo cilicio strato
parella quæ legebat, sopore viæ lumine manibus
elapso paleæ incensæ circa se & alias virginis con-
crepuissent, flamمام mox prece & cruce extra-
xit. Nec minus mirum, quod sequitur. Sororis
sue filiam Iuttam in omni disciplina à se educa-
tam & sociam omnium assensu Abbatissam à se
constitutam, ad solitudinem salutis & constan-
tiam adhortata, quasi in conspectu omnia specu-
lantis Dei, ad primum quoque faciendum, ut fru-
etum doctrinæ suæ ipsa in virginibus sibi subditis
Corre- posset inuenire. Illa ybi in immatura libertate
Ello de- posita est, paulatim à rigore suo deficere, melio-
generā. rem culrum lautiorem cibum, vitiorum alimenta
tes Ab- desiderare: ultima in choro prima in coniuicio
batisse, puellarum fabulis interesse, & in omnibus laxius
se gerere cœpit. Pro huiusmodi leuitatibus dum
eam sancta Dei priuatim inter se, publicè coram
omnibus argueret, s' p' obsecrare, increparet,
nec illa velut materteræ patrocinio aut familia-
ritate

Exempla de Coningis.

17

ritate vanè confusa emendaret, quadam die cum ipsa cum conuentu crucem (nam dies dominicus erat) sequitur, Abbatissa defuit. Quam illa inquies, & epulantem cum coœuis in conclavi reperiens zelo pietatis armata cum verbo correptionis dextram maxillam ei percusit: quæ quasi sigillum quoddam formam digitorum accepit, qua omni tempore vitæ suæ non caruit. Porro Cunegundis xv. annis in statu hoc vixit tum humilitate, tum religione omnibus venerabilis: tandem abstinentia, precum, & excubiarum studii e-
*Extra
neruata languescebat: & omnes ipsa sanctos cœ-
ma offi-
lites ad patrocinium impigrè solicitabat, nec so-
ciae in eo genere cessabant, verùm ubi regalium si-
bi exequiarum pompam & sumptum parari sen-
sit, omnino veruit tanquam à suis alienum tæ-
dis, & intervectioni corporeæ minimè consentaneum: & iuxta coniugis quem sibi videbatur vo-
cantem videre, latus sepeliri se volens quieuit. Denique triduanis exequiis ibidem celebratis se-
pulchrum postmodum non paucis miraculis in-
claruit sanationum.*

S.Theophanis coniunge colloquium.

Ex Metaphr.

Sur. Tom. 2. 12. Martii,
ad verbum.

Admirabilis hic vir status est Bizantii, ubi pater eius æui brevis, virtutis non expers,

F 5

vii

vti nec gloriæ militaris & opum citò defunctum
eum Cæsari commendauit. Bonis quidem bo-
nus ortus incertum quo casu ad nuptias sive su-
sponte, sive alieno impulsu deuenerit: Cum igi-
tur omnes ad hilaritatem profusi nuptiale con-
uiuum celebrarent, mens tamen rebus diuinis
vacans, & animi propositum explere cupiens mi-

*Consensu
sue cum
vesti-
tus o-
lim &
alicubi
nunc in
usu.
Cause
prelate
conten-
tientie.*

nime obtundebatur. Nocte autem cum in cu-
biculo suo esset cum sponsa sua, & in lectulo con-
sidereret, & toto animo res diuinas agitaret, suspi-
cio indicans desiderium suum sic eam alloquia ag-
gressus est: Vitæ curriculum, coniux & omnibus
patet. exiguum & incertum est. Nemo enim mor-
talium nouit quando mors sit accessuata, nosque
hinc ad futurum illud iudicium, quod omnibus
est commune, dimissura: in quo rerum gestarum
ratio severis quæstionibus est reddenda, cum im-
parati nonnunquam & magnis peccatorum cu-
mulis onerati illuc homines rapiantur, & serum
procreatarum pulchritudine spoliati, omnium
cruciatum acerbitate atque igne conficiuntur
sempiterno: & cum bona quædam exigua, si ta-
men dicenda sunt bona, quæ specie tantum & o-
pinione sunt eiusmodi, possederint, innumerabilis
bus torqueantur calamitatibus, quæ n. orte ipsa
sunt grauiores. Atque ut interim taceam, quam
breuia hæc sint atque instabilia: diuitiæ nisi refæ-
illis vtaris, vitiorum magis, quam virtutum sunt
ministræ, & multorum insidiis obnoxia, & ante-
quam partæ sint, dilabuntur. Quid ipsa corporis
pulchritudo, quæ constat ex quadam coloris su-
uitate,

uitate, atque aperte figura membrorum, nonne vel tempore extinguitur, vel morbo deflorescit? Iam humana gloria quid inanius est praesertim si cum æterna illa, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, comparetur? Hanc qui mane adeptus est ignorat, an ad vesperam usque sit perman-tura. Quamobrem nihil est, cur numeretur in bonis. Quæ cum ita sint, si videtur, naturæ legibus renunciantes nostri iuris simus, cœlestiaque spe-
stemus, & quæ perpetuæ non permanent, promptis animis reiiciamus, & aspernemur. Hæc atque alia multa ille corpore iuuenis, sed animo senex loquebatur, cum pura atque integra Christi con-lunba & turtur solitudinis, & castitatis cupidior, quam nuptiarum, Christi amore succensa & mulierem supérans intruditatem, ac se in omnibus quæ honesta essent, sponso suo sociam fore promittens ita respondit: Multò præstantius est, sponse charissime, virginitatis pulchritudinem semper integrum seruare, quam eam maxima ex parte corrumpere. Quis autem fore spondeat, ut qui huic vitæ seruiunt, & liberis operam dant, voti compotes sint futuri. Nonne satius est, ut inanis spe regaudiata, quæ certa sunt, complectamur? Longè laudabilius est, ut leue Christi iugum ab adolescentia subeunte beatitudine, quæ inde sequitur, nos dignos præstemus, quam ut rebus istis caducis & inanibus omni studio incum-
bentes pessimi repe-
giampur?

*Afferno
sua vir.
gimus
coniu-
gii.*

Ante.

Antigoni & Euphrasie continentiae patrum expleto anno & virtutes coniugibus dignissimae: ex vitis Patrum Dec. S. Euphrasio.

Sur. Tom. 2. 13. Martii.

*Anti.
goni
bau.*

*Eu-
phrosiy
bau.*

Imperante Theodosio piissimo Antigonus Bi-
zantii amicitia eius & consiliis dandis florebat
ob prudentiam dictorum factorumque, & in
pauperes beneficentiam utpote soli cæsari opu-
lentia secundus, ordine senator, nec nisi ad dignam
Augusto opera adhortator. Duxit is uxorem &
quæ caram Augustis, sanguine quoque cognatam
Euphrosiam, pierate in Deum, pauperesque, &
Ecclesiastis insignem; quæ assidua in templis cum
lacrymis solita obsecrare. Porro cum nata ipsi
esset filia, quam Euphrosiam dixerit, Antigonus
uxori dixit; Nostri, quam inanis hæc sit vita, quam
brevis 80. ut summum, annorum multis ærumnis
permixta, at cælestis vita cum opibus eius peren-
nis: & cur hanc non lucrari contendimus? Cur ad-
huc tenemur curis & opum laqueis fluxarum?
Quorum ætas nostra tam inaniter sine fructu sa-
lutis effluit? Euphrosia gemitu resoluta duplica-
tis ad cælum manibus respondit: id ipsum verò
est, quod mente agitatum prior promere verità
fui: pro hac mente saepius Deum precata Aposto-
licis verbis monita. C. 7. Tempus breve est, reli-
quum est, & qui habent uxores tanquam non ha-
bentes

bentes sint: præterit enim figura huius mundi: transit mundus & concupiscentia eius: Quare maturè cogitationes tuas ad opus transfer: opes cum pauperibus diuide, ex quibus ad cætera nihil nos comitabitur. Antigonus Deo gratus multa in eis Maritò
genos usus liberalitate admodum piè vitam insti-
mors.
tuuit, postquam ab uxoris abstinuit commercio,
vno duntaxat anno superuixit, rebus suis bene
dispositis in pace sepultus est. Dolabant posthæc
vicem Euphrasie viro in ætate iuuenili orbatæ
post alterum annum & tertium mensem ipse curia
coniuge imperator, eiusque filiolam in suam tu-
telam materno precatu suscepitam quinquennem
adhuc senatori ditissimo desponsarunt. Dum au-
tem nuptiæ protrahuntur, senator senioris Eu-
phrasie coniugium Augustæ intercessione ambi-
uit: at illa indignè ferens, se à matronis circumue-
niri, ipsas indignabunda à se repulit: & vt resciuit iterata
imperator coniugis interpellatione id tentatum, sed ipso
ipsum obiurgauit, quod animum Euphrasie à rita ad
mundanis curis, & maritali consortio iam pridem nuptiæ
alienatum ad ea reuocare conata esset oblita An pronon-
tigoni metitorum & amicitiæ oblita honestatis catio.
imperatorio nomine dignæ: Cum autem orta Declin.
esset ad tempus simulatas inter Augustos, doluit nat am-
sua causa Euphrasia hanc ortam, adeò ut vix à li- le f.
mine mortis abesset: itaque in Aegyptum ad suas malitia
facultates utendas cum filia migrauit: quarum temo
non modicam partem in vñterioris Thebaidis v-
triusque sexus monasteria distribuit: & domesti-
ca negotia ministrorum curæ potissimum com-
mitit.

*Narratio de S. Iosepho ad verbum cum
 tenulo praefixo de-
 scripta.*

Ex Tom. 2. Surii 21. Martii.

DE S. Ioseph patre putatitio Iesu Christi D.
 N. de quo eti sparsim apud SS. Patres ha-
 bentur nonnulla, quæ ad eius faciant commen-
 dationem, tamen, quia integras historias, vbi fie-
 ripotest, edere cupimus, omissione illis pauca dun-
 taxat ex D. Bernardo huc adscribemus, ne tan-
 tum Patriarcham neglexisse videamur. Porro Ies-
 tor non dubitet, tantum fuisse hunc virum quan-
 tum esse decuerit, & patrem licet putatitum Sal-
 uatoris, & sponsum præstantissimæ virginis. Ne-
 cessariò fuit desponsata Maria Ioseph, quando per
 hoc & à canibus sanctum absconditur, & à spon-
 so virginitas comprobatur, & virginis tam vere-
 cundiæ parcitur, quam famæ prouidetur. Quid
 sapientius, quid dignius Divina prouidentia?
 Vno tali consilio secretis cælestibus & admitti-
 tur testis & excluditur hostis, & integra seruatur
 fama virginis matris. Alioquin quando peper-
 cisset iustus adulteræ? Scriptum est autem: Ioseph autem vir eius cum esset iustus, eam tra-
 ducre noluit: quia sicut nequaquam iustus
 esset,
 Provi-
 dentia
 Diu-
 na civ-
 ea S. Iosephi castitatem coniugalem.

Exempla de Coniugio.

Net, si cognitam ream consensisset: sic nihilominus iustus non esset, si probatam innoxiam condemnasset. Cum ergo iustus esset, & nollet eam traducere voluit dimittere eam. Quare voluit dimittere eam? Accipe & in hoc non meam, sed patrum sententiam. Propter hoc Ioseph *causa* voluit dimittere eam, propter quod & Petrus *paratus* Dominum à se repellebat dicens: Exi à me *abitus* mine, quia homo peccator sum, propter quod *humilio*. & centurio à Domo eum prohibebat, cum dice*ret*: domine non sum dignus, ut intres subiectum meum. Ita ergo & Ioseph indignum & peccatorem se reputans dicebat intra se, à tali & tanta non debere sibi ultra familiare præstari contuberium, cuius supra se mirabilem expausebat dignitatem. Videbat & horrebat Diuinæ præsentia certissimum gestantem insigne: & quia mysterium penetrare non poterat, volebat dimittere eam. Expauit Petrus potentia magnitudinem, expauit centurio præsentia Maiestatem. Exhorruit nimirum & Ioseph sicut homo huius tanti miraculi nouitatem, mysterii profunditatem: & ideo occulte voluit dimittere eam. Miraris, quod Ioseph prægnantis sessi consortio virginis indicabat indignum, cum audias & sanctam Elisabet eius non posse ferre præsentiam, nisi cum tremore & reuerentia, ait namque: vnde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Id est itaque Ioseph voluit dimittere eam. Sed quare occulte & non palam? Ne videlicet diuortii causa inqui*etremor
& re-
heretia*

inquireretur, exigeretur oratio. Quid enim vir iustus responderet populo duræ ceruicis, populo non credenti & contradictenti? Si dicere, quod sentiebat, quod de illius puritate comprobauerat,

Ocurr- nonne mox increduli & crudeles Iudei lapida-
riuntur rent illam? Quando namque veritati crederent
Iudei- tacenti in utero, quam postea contempserunt casu
caper- latitatem in templo? Quid facerent nequam
secessio- apparenti, cui postmodum impias manus iniece-
nisi. runt etiam miraculis coruscanti? Merito ergo
 vir, ne aut mentiri, aut diffamare cogeretur inno-
 xiā, voluit occulte dimittere eam. Si vero ali-
 ter quis sentiat, & Ioseph sicut hominem dubitaf-
 se contendat, sed quia iustus erat, noluisse quidem
 habitare cum ea propter suspicionem, nec tamen
 (quia pius erat) traducere voluisse suspectam, &
 ideo occulte voluit dimittere eam: breuiter re-
 spondeo etiam sic dubitationem illam Ioseph
 fuisse necessariam, quæ diuino meruit certificari
 oraculo: Sic enim scriptum est: haec autem eo
 scilicet cogitante, quod occulte dimitteret eam
 apparuit ei angelus in somnis dicens: Ioseph fili
 Dauid noli timere accipere Mariam coniugem
 tuam: quod enim in ea natum, de spiritu sancto
 est. Itaque propter istas rationes desponsata est
 Maria Ioseph vel potius, sicut ponit Euangelista,
 viro, cui nomen erat Ioseph. Virum nominat
 non quia maritus, sed homo virtutis erat, vel po-
 tius, quod iuxta alium Euangelistam, non vir sim-
 pliciter, sed vir eius datus est merito appellatur
 quod necessariè putatur. Debet ergo vir eius ap-
 pelari,

pellari, quia necesse fuit & putari: sicut & pater
saluatoris non quidem esse, sed dici meruit, ut pu-
taretur esse dicente hoc Euangelista. Et ipse Iesus *Lue. 30*
erat incipiens quasi apriorum 30, vt putabatur fi-
lius Ioseph. Nec vir ergo matris, nec filii pater ex-
tit, quamuis certa, ve dictum est, & necessaria di-
spositione vtrumq; ad tempus & appellatus sit &
putatus. Coniice tamen ex hac appellatione qua-
licet dispensatoria, meruit honorarià Deo, vt pa-
ter Dei & dictus & creditus sit: coniice & ex pro-
prio vocabulo, quod augmentum non dubitas
interpretari, quis & qualis homo fuerit iste Io-
seph. Simul & memento magni illius Patriarchæ
venditi in Aegypto, & scito istius istum non so-
lum vocabulum fuisse sortitum, sed & castimo-
niam adeptum, innocentiam affecutum & gra-
tiam. Siquidem ille Ioseph fraterna ex inuidia
venditus & ductus in Aegyptum Christi venditio-
nem præfigurauit. Iste Ioseph Herodianam inui-
diam fugiens Christum in Aegyptum portauit. *Iose-*
Ille Domino suo fidem seruans dominæ suæ no-
luit commisceri: iste Dominam suam Domini
sui matrem virginem agnosces & ipse continens
fideliter custodiebat. Illi data est intelligentia in
Mysteriis somniorum; isti datum est concium
fieri & participem Cælestium sacramentorum.
Ille frumenta seruauit non sibi, sed omni populo:
Ille panem viuum è cælo seruandum accepit tam
sibi, quam toti mundo. Non est dubium, quin bo-
onus & fidelis homo fuerit iste Ioseph, cui mater
desponsata est saluatoris. Fidelis inquam seruus,

*Ioseph
perfe-
ctus.*

*Compa-
rato u-
triusq;
Patru-
archæ
Iose-
phi.*

& prudens, quem constituit Dominus suæ misericordie solatium, suæ carnis nutritium, solum denique in terris magni consilii coadiutorem fidelissimum. Huc accedit, quod dicitur suisle de domo David. Verè enim de domo David, verè de regia stirpe descendit vir iste Ioseph nobilis generatione nobilior. Planè filius Dauid non degenerans à patre suo Dauid. Profsus, inquam, filius Dauid, non tantum carne, sed fide, sed sanctitate, sed deuotione: quem tanquam alterum Dauid Dominus inuenit secundum cor suum, cui tutu committeret secretissimum sui cordis arcanum, cui tanquam alteri Dauid incerta & occulta sapientiae suæ manifestauit, & dedit illi non ignotum esse Mysterii, quod nemo principum huius seculi agnouit: cui denique datum est quod multo reges & prophetæ cum vellent videre, non videbunt, audire & non audierunt: non solum videre & audire, sed etiam portare & deducere, amplecti, deosculari, nutrire & custodire. Non tantum autem Ioseph, sed & Maria descendisse credenda est de domo Dauid, alioquin non esset sponsata viro de domo Dauid. Ambò igitur erant de domo Dauid, sed in altera completatione veritas, quam iuravit Dominus Dauid, altero tamen concilio & teste adimpleretur promissionis.

**
**Exem*

Compa-
ratio
eu Da-
uide
proge-
mmore
etia O
Mariae.

Exemplum S. Abramij, qui nuptiales exodus tēdas & congratulationes, & hymenaeos fuga se his & sponsæ vinculis eripuit. Ex vita à Metaphraste, & S. Ephræm conscripta.

Sur. Tom. 2. 16. Martij.

Sabramio iustius dicto secundo Abrahamo fuerunt parentes clari genere, vita autem illustres, & qui diuitiis & gloria mundana sibi summopere placerent. Cum autem viderent puerum ab ineunte aetate omnem virtutem exercitentem, tenebantur quidem vehementi igne in eum amoris & desiderii, sicut natura insitum est, desiderabant vero videre fructus huius pulchri germinis, ut cernentes tanquam imagines filii nepotes sui in eum amoris sedarent vehementiam, & simul successioni generis hoc facerent fundatum. Itaque studebant, ut & filius duceret vxorem, & ad praecipuas dignitates eueheretur.

Abrahmo autem nihil horum erat curæ, quia ut *Contē-*
Judibrium, & scānicam actionem existimabat, p̄tus
quæ nihilo melius sunt affecta, quam somnium &
vmbra. Cessit vero tandem importunis paren-
tum precibus non tam suo voto, quam communī
Dei lege parentum obedientiam exigente. Sex
quidem præterierunt dies, ex quo peragebatur *& nū-*
ptiarū.

G 2 con-

coniuium, & celebabantur nuptiae, & canebatur
hymenæus, septimo autem, in quo eis erat soluen-
dum matrimonium, sit res quædam admirabilis
& quæ vix credi potest. Nam sedebat quidem ad
mensam cum sponsa splendide admodum Abr-
amius tanquam sponsus reverè in thalamo suo:
tumultu autem & plausu tota domus perstrep-
bat, mensaque & coniuuiis erant omnes intenti
occultus autem amator nostræ salutis, & qui in-
telligentia percipitur animarum nostrarum pro-
nibus & sponsus Christus, illarum scilicet, qua-

Lux sunt dignæ thalamis suis, dulci quodam radio ca-
ceti il- lestis & ineffabilis splendoris sensim immisso in
labitur thalamum, suavi & allicienti luce oculos illustra-
eius & eum uit Abramii veluti ad se accersens, & ipsum per lu-
oculis cem attrahens. Illius enim animæ aperte a-
& pe- mabat pulchritudinem, & volebat eum colloca-
ctori. re in longè melioribus thalamis. Huius autem lu-
cis dulcedine captus neque cibum neque forum
Clam volebat sumere. Soluto igitur coniuicio, quod au-
fugit dè expectabat, & singulis coniuuis domum reu-
þōfam sis tacite domo egredirur à nullo alio nisi à solo
deser- Deo, qui eum vocabat, visus. Et cum circa duo
pens. stadia abesset à ciuitate, peruenit ad quandam cel-
lam, quæ pulchrè erat posita ad quietem & silen-
tium. Eam autem quam iucunde est ingressus?
Aliquid enim ostenderat ei quæ apparuerat vi-
sio, quod spectabat ad eius habitationem. Paren-
tes absentiae eius non alias suspiciati causam quæ
constantiam anteà declaratam aduerlus nuptias
nusquam illum querunt, nisi in loco aliquo apro-

ad se

ad secessum & silentium, in quo etiam à multis *Inueni-*
quæsitus decimo septimo die demum repertus *sur-*
est. Quos stupore simul & lætitia, & tristitia de-
fixos placidè & benignè allocutus est: Neque tri-
stitia, inquit, affici oportet, neque admirari: sed
Deo potius agere gratias, qui me sapienti quadam
& arcana prouidentia à mundi substraxit nequi-
tia. Orate ergò amici mei & fratres, ut bonum
eius iugum portem vsque ad finem & non onus
eius leue abiitiam, sed semper sequar legem &
voluntatem eius: obstructor quoq; vos, ne frequen-
ti vestro accessu meum silentium & profectum
ad meliora obturbetis. Quibus reuerbis obstru-
cto æditu domunculae, & relicta fenestella, per
quam panis solum & aqua ei præberetur soli de-
catero orationi vacabat, & ieiunio. Eius porrò
fama excita multitudo particeps eius nonnullæ
benedictionis cupiebat fieri: Dein defunctis de-
cimo anno parentibus delatas ad se diuitias o-
pe cuiusdam amici pauperibus distribuit so-
lo contentus pallio & cilicio ad vestitum, flo-
res ad accubitum poculo ad sitim aqua restin-
guendam. Nam in hoc ille perpetuò incumbebat,
vt eius animus occuparetur in nulla re mundana,
sed eum totum semper haberet ad cælum exten-
sum, semperque leuem & sublimem ad cælestia.
Sed quo magis egebat iis, quæ pertinent ad usum
corporis, eo magis abundabat bonis animæ in or-
be virtutum, qui eum semper circumdabat, sem-
per resplendentem humilitatem habens, & chari-
tatem quas cuiuslibet boni matres definitu-

Vestiti-
eius sa-
pelle.

Hinc & qualem quidem communiter in omnes ostendebat caritatem: proximi autem salutem semper sue preponebat. Quæ vero ex eius labbris procedebant, quam non poterant animam demulcere & attrahere ad virtutem? Nam valde quidem docte adhortabatur: reprehendebat autem paternè & amanter: mansuetudoque & gratia vndique in eo florebat internam animi constitutionem perfecte aperiens. Merito autem admirabitur quisquam eius in certaminibus fortitudinem & constantiam. Nam cum ante mortem continuos 50. annos transegerit in exercitatione nunquam molliter aut figneret aggressus est laboris, neque quicquam remisit de ei ab initio tradita regula abstinentiae, sed perinde ac si spiritualis labores recens attingeret, ita ad certamina accedebat quotidie seipsum superans.

S Catarinæ filiæ celeberrimæ & sanctissimæ Brigitte Suuedicæ exemplum rigidae cum marito continentiae seruatæ, & insigne humilitatis studium.

Sur. Tom. 23. 2. Martii.

*C*um Catarina ad nubiles peruenit annos voluit pater, ut nuberet illa, que multa in Deum & Christianitatem seruandæ integritatis fiducia reteretur, non reculauit. Nupluit ergo viro bono

ro nobili Egardo, sed ita nupsit, ut ipsum ad societatem nuncupandi Deo voti adduxerit. Itaque iuramento obstricti castiratis perpetui custodes sub pompa saeculari sancta quadam calliditate hosti pudicitiae illuserunt. Nam ne caro infoleficeret, cum qua nobis est bellum intestinum, *Solicie* posteaquam sanctis precibus genuflexionibus *tudo* & vigiliis noctu incubuerant, humi in cubiculo *continebant* substernebant pannum, capitique ceruicalia *lin-*
nentia. gula, itaque separatim cubabant ne quidem hyeme securus. Mos erat Catarinæ erubrò sponso referre virtutum exercitia, & asperitatem penitentiae, quæ ipsa in sanctissima matre sua Brigitta partim viderat patim ab aliis didicerat, ut ipsi quoque se his conformarent. Itaque vigilis & precibus etiam ieiunia adiungebant, ut *ca-*
leiue *rum,* *ro* in seruitutem redigeretur: A plenisque liciti abstinebant escis: nouerant enim, quanta sit abstinentiae virtus & quippe quæ vitam producat, castitatem tueatur Deum conciliat, profliget Dæmones, illustrat intellectum, animum confirmat, vitia expugnat, carnem edomet, Divini amoris gratiam in hominit pectus inuehat. Nec modò apud Deum gratia florebant, sed tam apud proximos virtutum exemplis & exercitiis, & gratia bonæ famæ & optimæ existimationis. Erant vero in eorum familia homines spiritualis vitae rudes, qui apud Carolum Catarinæ fratrem eam superstitionis insimularent. Ille ductus curiositate clam in eorum cubile ingreditur, videtque eos non voluptati deditos, sed laetis atque

asperis indutos vestibus spreta lecti mollitie hu-
 mi seiunctum cubare. Id ille molettè ferens, vt
 solent, qui non sapiunt ea, quæ sunt spiritus, tan-
 quam fatuos & supersticiosos eos obiurgavit: nec
 effecit tamen vel sermone vel lannis abstinentiae
 socordiores. Sed quia castitas corporis sine ani-
 mi puritate & innocentia non sufficit, Catarina
 firmum pudicitiae præsidium veram & volunta-
 riā animi submissionem adhibuit. Ceperat tum
 illa vestium simplicitas, quæ anquitus in ea regio-
 ne seruata fuerat, mutari in fastum & pompā ma-
 ximè apud nobiles: ipsa verò id genus vestes pau-
 latim à se remouit prisci moris tenax, & contem-
 ptus contemptrix, quod eius exemplum multæ
 nobiles sociæ, & cognatæ fecerat, nec non Caroli
 fratris vxor initiò aliquamdiu pertinax, postea
 mutantata mente melior. Contigit enim eam Chal-
 marni in sacello, Mariano cum Catarina precibus
 insisteret, cum casu obdormisset B. Virginem
 blando in ipsam, in se verò vultu intuitam,
 causaque quæsita eam respondisse: & cur non
 pares consiliis dilectæ mihi Catarinæ: Si enim e-
 ius exemplo moniturque habitum moresque tuos
 correxeris, ego te quoque blanditer respiciam.
 Illa ad se reuersa non immemor dicti & auditii li-
 cò repudiatis superbis vestium ornamentis ad
 Catarinæ exempla se composuit. Dein indignanti
 ob id fratri & suam ignominiam interpretanti
 non responsabat: ad laudes verò suas audiendas
 inuita, quas & veterabat monitis & precibus, vti &
 cognatorū encomia felicem ob pudicitiam dicti-
 tantium

*Vesti-
tus sim-
plex.*

gentium lacrymis s^epe prohibebat. Non multum intercessit temporis ab inito coniugio, & pater eius Dominus Vlpho Gudmarson Nericiæ princeps in senectute bona defunctus in cœnobio A-luastra honorifice tumulatus est. Eo mortuo S. Brigitta coninx Diuinitus monita Romam abiit: cumque de socia & adiutrice solicita esset, Christus ei fidam & piam affuturam addixit. A quinquennali igitur S. Matris ad Romanas arees discessu incredibili filia desiderio eō sequendi tenebatur, quod aduententi & sciscitanti Egardo aper-
Pere-
ruit. Egardus expensis tum coniugis proposi-
grana-
tis, accedente Dei beneplacito suffultis, tum flo-
ssi.
rentis ipsius ætatis & longi itineris periculis assensu non ita tardè de sumptibus necessariis & comitatatu honesto ipsi prospexit. Quo cum frater Carolus offensus minas Egardo permissuro intentaret, commodum accidit, ut eo absente literæ fraternali ad manus sororis deuenirent: quibus referatis & lectis, minisque relatis ad auunculum suum Israelem virum potentem, multaque in Deum pietate & prudentia insignem, ab eo iussa est minis non inflecti, fratri animo ad tranquillitatem se reducendo, qui & plenis humanitate verbis munera ad maturandum iter adiecit. Mox igitur se dat itineri cum D. Gorstano Thumasson Marestallo Suediæ, & aliis
duabus Suediæ nobilibus
Matronis.

G s

Me.

*Memorabilis integritas parentum S.
Hugonis Carthusiani &
Episcopi.*

Sur. 1. April.

Hugo natione Valentinensis loco iuxta Isam fluum sito cui castrum nouum nomen est, parentes habuit & secundum tæculi dignitatem non infimos, & quod excellit, sanctitatis prærogativa conspicuos: E. quibus Pater Odilo nomine præter alia quam plurima, quæ militari liceat in habitu laudabiliter gessit vel habuit, veritatis & castitatis amator extitit. Nam & mendacia ingenua mentis affectione religiosis quam plurimis amplius evitabat, & licet duas priore defunctorum fortius fuerit uxores, nullos tamen, quod his temporibus & in hac temporum labore præsertim in potentibus monstro simile ducitur, præter uxoris est experrus amplexus. Idemque ipse ævo iam grauis sanctissimo monente filio tanto seruore contempnit sæculum, ut senectus immemor & delicatae consuetudinis, duras quas Cartusia propter verba labiorum Dei custodit vias, non dubitauerit ingredi. Vbi annis ferè decem & octo in tanta sobrietate, tanta vixit humiliitate, ut cunctis ibidem Deo famulantibus carus, cunctis habetur veneratione dignissimus. Cui via in universæ carnis ingresso (erat quippe fermè iā centenarius) venerabilis affuit filius, eumq; propriis &

*Amor
in pa-
rentes.*

inunxit & sacra communione repleuit manibus,
Expletoq; condigna veneratione tam sancto fune-
re obitus diem, sicut & matris, eleemosynis &
piissimis celebrem duxit sacrificiis. Quæ videlicet
venerabilis mater eius, cū post abscessum viri, præ-
rer quæ nullum penitus nouerat, vellet & ipsa cun-
cta relinquere, quia sc̄eminarū religiosa rara tunc
erant monasteria, pii filii salubribus instincta mo-
nitis, continentia & Eleemosynis, orationib. atq;
jeconiis ac reliquis sanctis operibus in propria do-
mo, quod reliquum erat, impedit temporis, filios
etiam suos militaribus strenuos actibus ab immo-
deratis, quātum poterat frānsbat excessibus. Cui
decubenti ea qua obiit ægritudine optata filii ad
est præsentia, adoranda tradit mysteria, extrema
nō multò post sepulturæ soluit obsequia. Hæc au-
tem dicere fuerat solita, quod dum præguans suis
cū ferret visceribus, visum sibi per somnum fuisset
elegantem creasse paruulum, quem iſtendum
conspicib⁹ sancti in quibus & B. erat Petrus, de-
ferebant in cælum. Hinc factum est eadem admittente, ut discendis applicaretur literis: sperabatur
enim, nec frustra, singularis apud Deum gratiæ fu-
turus & meriti. Amauit autem studia litterarum
nō mediocriter: propter quæ etiam in exteris na-
tiones profectus multa sustinuit. Inerat quippe illi
& vñq; ad ultimā senectam inesse non desstitit ve-
recunda sobrietas, quæ eam & inter suos etiam ne-
cessariorum sāpē cogebat ferre inopiam, dum nec
amicis, si quid eum angebat, pudore victus poterat
confiteri: quo quasi frāno à multis comprimbar-
tur illicitis.

2. Cal-

S. Calliopii matris cura & studium circa filii salutem, & Martyrum auctore Metaphr.

Ex Sur. Tom. 2. 7. Martii.

Cura de matris filio. **T**Heoclia mater quædam pia ac timens Deum liberalitate & sanctitate pollebat. Hæc senatrix nupta viro primum sterilis munere Diuina nacta filium patri suo posthumum, quem Calliopum appellauit. Quo verò tempore persecutio & idololatria vigebant, ipse ad constantiam precibus & ieuniis se armabat: quo ad iudices delato mater persuasit filio, ut declinandi iudicij causa Pergis pamphyliis relatis cum auro vestibus & seruis Pompeiopolin Ciliciæ nauigaret. Quo ap pulsus inuenit Maximum præfectum Bacchana lia, & ludos, & choreas, & conuiua idolis celebrantur, qui cum mox ad idolorytha manducanda coacturus iudicio fisti iussit. Atqui renuenti pro Deo sensus expertes colore Deos præses ait: adolescentia te petulantem reddit & magnos tibi cruciatus parat. Calliopius ad hæc: quin imo, quanto pluribus me tormentis excruciables, tanto mihi ea perferenti corona splendidior texetur, nemo enim coronabitur, nisi legitimè certauerit.

Confit. 2. 2. 2. T. 2. I. Itaque verberibus & igne cruciatus grates Deo agit, qui misslo angelo carbonum vim restinxit. Dum in custodia seruitur, mater hoc cognito 240. seruos libertate & peculio donauit, auro, E-
leemo-

leemosynæ argento & vestibus pauperes, posses-
sionibus Ecclesiam: & ad filium profecta eum in
in carcere pedibus eius aduoluta crurore abstera-
so confortabat. Cui ille opportunè, inquit, ma-
ter venisti testis futura Christi cruciatuum. Illa
verò beatam ait, me censeo, quia ut Anna dicauit
te sacrum munus Domino Christo ut Sara, ob-
tuli te, Deo holocaustum gratum. Dum autem
vsque ad mediam noctem preces producerent,
vox auribus allapsa est: Vos estis sancti Dei, &
Christi confessores euersoresque Idolorum, qui
patriam & pecuniam reliquistis, ut cum Christo
pater emini. Exorto sole denuo monetur filius,
ni in crucem agi velit, idolis cultum adhibere. at
monitis constantior in crucem agi quinta sabba-
torum Paschæ iubetur. Quo mater cognito V-
nummos ministris dedit, vt eum deorsum cruci-
figerent: eo igitur die & modo crucifixus die pa-
rasceues animam egit: & vox de cælo audita est:
veni ciuis Christi, & cohæres sanctorum Angeloi-
rum. Mater corpus complexa filii, & Christum
collaudans in eius complexu spiritum reddidit:
& ambo à fratribus in loco sacro sunt sepulti.

*Testi-
moniū
Dei.*

*Exemplum SS. Martyrum conjugum Vi-
talis & Valeriae, qui fuerunt parentes
SS. Geruasii & Protasii referente
Damiano.*

Ex Tom. 2. Sur. 25. April.

P. E. T.

PErpendite fratres mei. Vitalis inuictissimus miles Christi , quam forte pectus habuerit, qui de sui periculo omnino securus de alieno sollicitus vno verbi telo & inimicum perculit, & claudicantem iam inflato vulnera solum, ut surgeret tetigit: Cum enim, ut vera res

Appo-
fitamo-
nissio.

fert historia, post nimia tormenta Vrsicinus capitulo sententiam euadere valuisse, acclamauit vitalis noli Vrscine medice, qui alios curare consueisti teipsum æternæ mortis iaculo vulnerare, quo hortate pariter & doctrina & infirmum intus fortiter erexit, & foris contra aduersa viriliter confirmauit: Hæc est enim sanctorum consuetudo, ut ope ipsorum periclitati insurgentes hostes patiendo despiciant, infirmantes metuant, ne metuendo mortem vitam funditus perdant, dum illinc iaculis aduersantia pectora so-

Prepa-
ratio ad
pugnā.

diunt, hinc scuto opposito debiles tuerentur. Sed quisquis in campo certaminis vult fortiter agere, curet neceſſe est in pace domestica ſe cultodire, in otioque ſe frequenter exerceat, ne ignarus pugandi incaute ad bella prorumpat, ne rudis &

imperitus cum doctiore congressus ante victoriā victus abſcedat, ad quam ante totis nifibus anhelabat. Neque enim credendum eſt, quod B.

Vitalis religiosè viuere, & in primis, Dico ſeruire tu cæperit, cum ad Agonem Martyrii perfecuto-

ris illum crudelitas euocauit: quietus enim in ſe metipſo quod erat continuit, commotus ad notitiam omnium odorem hæ fortitudinis aspergit.

Valo-
ria vir-
EMES.

Testes fint eius virtutes, & domestica disciplina

vxo,

Exempla de Coniugio.

77

vxor & filii. Illa enim audita morte Vitalis non timuit insidias auarorum, vel vim potentium, nec periclitata ob viduitatem bona in tuto colligere & locare curauit, sed ad funus marito curandum Mediolano Rauennam longo satis itinere properauit, in quo cum incidisset in Idololatras Syluano sacrificantes ad idemque scelus prouocaretur, ita ab eis mactata est, ut vix illam seminecem sui homines ad Mediolanensem Vrbem perducerent, sicque intrà triduum migraret ad dominum. Quæ si à viro studere auaritiae dicisset, non omnia sepusturæ eius postposuisset: si luxuriosis cum ea via fuisse conuiuiis, studiofior lassitudinis reficiendæ fuisse, quam cædis de-
in adeundæ. At in quo nam curriculo filii de- *Filioru-*
certarunt? Hos vnum deuincti amor, hi de popu- *virtu-*
losa vrbe faciunt eremum, diuersorum habitandi *tes.*

vertunt in oratorium, non vt alii adolescentes, luxuriosa licentia disfluent, nec hereditatem voluptatis seminarium constituunt, non equestris decursus, non compti vestitus, non glorioli apparatus & nominis. De tota mundi latitudine vnam sibi glebam angustissimi carceris eligunt, ubi collectis à vanitate mundi vndique sensibus solam creatoris sui speciem medullitus contemplantur. Huius more & desiderio succensi tam diu persistunt, donec gloriofa parentum vestigia secuti pro fide Christi martyrio coronantur.



Exem

*Exemplum S. Paphnutii coniuges & alios Martyrii & virtutis amore inflammantis : & Nestorii eiusque coniugit martyrum ad filiam confirmans
dam oratio.*

Ex Tom. 2. Surii 29. April.

CVm B. Paphnutius Abbas per urbem Aegypti Genteriam ambularet apertam Nestorii opulentia hominis ianuam ingressus à Ianitrix aegypto celebris conspectu lēta heram statim de aduētu eius monuit, quæ festina in atrio prona vte angelum Dei sibi visum venerato, indignamque se eius compellatione testata manu deductum in argentea fede collocauit. Tum subridens beatus ait: Quorsum tanta vis auri facti infectique? Quorsum inani spe vos iactatis? Si me audis filia, eliges tibi vitam Angelicam & immortalium bonorum conciliatricem. His auditis heræ filia è cubiculo sumptuosam vestem profert: tum vtrique iuxta sibi assidenti dixit: derelinquite illas inanes diuitias, nam rubigo aurum corrumperet, & tincae vestes illas absument, pulchraque species in sepulchris deformabitur: solo Dei gratia & regnum eius in æternum manet. Interim viro Nestorio domum regredienti vxor nunciabunda occurrit, at ille præoccupato sermone dixit: quare

quare socio cum collegis meis rogo dignatus non *Gratianus*
fui iam cælum tenentibus: utinam Paphnutii, quæ *la: 10 de*
videre gestio, precibus digni Dei vocatione & *B. Pa-*
mercede efficeremur; cui vxor abundè voto tuo *phnu-*
fatisfactum, ait: licebit cum tibi modò domi *iii ad-*
compellare; cui pronè venerabundo Beatus gra-
tulatur, surge, inquit, me enim Deus ad vos misit
nuncium Veltræ gratiæ & salutis, mōdo ne velitis
negligere. Adeamus pro confessione ad Arianum
præsidem: non enim talis paſsim & ubique pro
celeri brauio certaminis offertur conditio & oc-
casio ad statimque præēuentem Beatum sequuntur *coniuges*
coniuges, & vxor faxit, ait, Deus, vt sicut hanc ia- *marty-*
nua in relinquo, sic cæli limen reſeratum ope eorum
ius mihi intueniam. Beatus præcurrens cum ad *comi-*
tribunal peruenisset ait: Tribunal contra te ruſ- *tantur:*
sus veni: Tu cum Apolline tuo & ego cum Do-
mino meo Iesu Christo. Quem Ariano præſide
frustrè retinere nitente Angeli custodia munito.
Nestorius cum coniuge libera voce se Christianum
professus est: cui præſes: itane Nestori tu ex
eodem insaniæ fonte libasti? Attamen Deos ad-
ora Augustales; vt honoris tibi sit cum coniuge,
Tunc Nestorius: apage cum ista tua folicitudine.
An me putas ventris, vel diaboli, vel blanditiarum
illecebribus teneri? Fræſes ad filiolam eorum Ste-
phanā conuersus de ſacrificatione interpellat: quæ
testata le Deo corpus ſuum hostiam viuentem of-
ferre, cum recuſaſet, ſtatim in armamentario fu-
ſpensa proſlus & ſanguine tota ex vulneribus con-
ſpergitur: ad cuius finiftram mater conſiftens ſic

H

allocu-

Mara-
tyrum
Stepha-
næ.

Paren- allocuta est: sustine filia adhuc paullum, & p-
tu hor- mio donabere : Scis, qualem tibi matrimoniu-
tatus. quantaque dote preparaveram: nunc autem sem-
 ternam hæreditatem & thalamum cælestē inibi
 Nec pater cessabat his verbis adhortari: Esto fa-
 tis ò filia: hodie enim cognoui, me dignum Deo
 factum: itaque gaudeo, quod te Deo ipsi donu-
 premitto. Interim ipsa in cruciatibus Deo spu-
 tum reddidit annos quidem nata octodecim o-
18 scho- parentum manibus sepulta: qui etiam constan-
laстici obtruncati sunt. Interim Paphnutius tota nocte
marry- prius precibus consumpta ad Martyrii bracium
res. plurimos sollicitabat, interq; eos octodecim sche-
 lasticos pueros martyrum senorum filios pa-
 cis verbis ita concitauit, ut intrepidè ad prælidea
 pro martyrii corona præcunte beato accederent
 eamque obtinerent.

*Exemplum iustæ institutionis familiæ
 Senensis, in qua præter S. Catarina
 postea Dominicanam Janæmoniales
 Bonaventura soror nupta alteri
 reluxit.*

Ex Tom. 2. Sur. 29. April.

Jacobi **S**Enis olim vixerunt coniuges plebei; & honesti
patien- generis & mediocrum facultatum. Jacobus vi-
tia ò simplex, integer & timens Deum patiens in rebus
integri- molestis, nec paclius tam è familiæ, quā suo sermo-
nas. ne ullam murmurare vocem prodire, & si que-
 non nihil asperè profatum cognouisset cum hilis
 vuln.

vultu & blando solatiolo officii admonebat. Ipse
verò, cum à ciue suo freto potentia amicorū gran-
de æs, quod non debebat reposcente pene ad ino-
piam redactus, vxori lassæ nescio quid mali ideo
imprecatae sedato perstans animo obiurgando re-
spondit, sine, inquit, mea coniux: Deus illi quan-
doq; aspirabit sanam mentem, & errore agnito pa-
tronus noster erit: Id quod postea euenit. Ad hæc
tota familia eius rectissima institutione formata
improbos & inhonestos sermones nequaquam au-
dire sustinuit. Filia eius Bonaventura nupserat cui-
dam iuueni Nicolao. Ad eum veniebant alii iuue-
nes, & ut solent tales, plerumq; non abstinebant à
verbis dishonestis, & lasciuis. Ea res tantum illi Bo-
nauenturæ dolorē attulit, vt etiam in morbum in-
ciderit, & in dies macie cōficeretur. Nicolao ab illa
causam mæroris inquirenti grauter respōdit: ego
in paterna domo tales sermones nō audiui, quales
hic quotidie iactantur: Itaq; ille mulieris pietatem
& fēsē corrigens, prohibuit aliis, ne illa audiente
verbis parum verecundis vtererentur. Vtinam verò
ad hoc exemplū suam familiam hodie patresfami-
llias instituerent, melius profectò Christiana resp.
haberer. Addiderim id modò de nostro æuo. Cū
autē Lapa multas Iacobo proles peperisset dein et-
iā gemino partu Catarinā, & Ioannā edidisset, qui
omnib. nutriendis impar erat, aliis aliarū lacti tra-
ditis, & gemella Ioanna post baptismum defuncta
Catarinā suo lacte educatam, & vix dū gressus suos
dirigentem vix à vicinorum desiderio domi con-
tinere potuit, quo iū alii mirificè eius in agendo &
loquendo gratia tenebātur, alii ingēti solatio refo-

Bona-
nētūræ
impro-
bitas.

Catarinā
ne pro-
feellus.

cillabantur, ideoque Euprosynæ nomine appellabant. Porrò hæc quinquennis salutatione angelicam D. Virgini in singulis gradibus intens promere solita. Sexennis supra verticem Dominicani templi Christum Pontificali habitu et dimitum astantibus D. D. D. Petro Paulio & Ioanne intentissimo obrutu vicissim in se blandissime respicienrem conspicata, ut nec transueniret, nec fraterculi clamorem perciperet, & vix tracta desisteret, & detracta ploraret. Ab tempore mirifica morum maturitate & sensu proficiebat, sanctorum Patrum imitandorum desiderio tenebatur, latibuli Eremitici studiosa vnde debatur, & extinto in se mundi amore Iesu Christi & matris amorem tum sua sponte tum Deo non incensum animo gerbat: denique gentiliter tam animo quam corpore innixa ita D. Virginem compellabat: O virgo sacratissima, quæ primæ ter sc̄minas perpetuam Deo virginitatem vobis fecisti, qui te voluit esse matrem vñici filii fui: obsecro benignitatem tuam, ut non attentis meritis digneris mihi dare sponsum filium tuum quem totis animæ visceribus concupisco: & ego promitto & illi & tibi, quod nullum vñquam illum admittam sponsum, sed virginem me illam perpetuam consecrabo. Ita septimo ætatis anni Deo consecrata profecit in dies, cæpitque Christi tyruncula iam tum bellum carni indicere etiam neandum rebellanti: cupiebat à carnium se elu abstrahere, & Dominicanı instituti desiderio tenebatur, insuper & alienæ salutis procurando, et

tcendit

scente in vicinia & familia suæ sanctitatis opinione & admiratione. Nouennis circiter iussa à parentibus ad Parochum suum delatis cereis & nummis in altari ponendis ire petitum ab eo sacrificium in honorem S. Antonii offerendum, cultus Diuini amore perstigit ad finem eius: inde domum ferecepit. Mora autem illius matri displicuit: itqua ut ruborem ei adferret, maledictæ, inquit sint linguae, quæ te nunquam reddituram asserebant (sic enim illis in locis vulgò solent dicere) puerla sapiens: ad hæc paulisper conticuit: deinde scorsim illam ducens, cum multa maturitate & modestia ita locuta est: Domina mater, si me ^{110 effi} quandoque videris tua iussa negligere, cædas me ^{cax.} virgis quantum visum fuerit, id enim dignum & iustum est: sed quæso, nepropter meas culpas cuiquam vñquam maledicas: nam neque tuam id decet grandæuitatem & me summo animi mortori afficit. His auditis mater vehementer sapientissimam filiolæ admonitionem mirabatur, non tamen volens id eam intelligere, cur ait tam diu illic hælesti? Respondente ea, se Missam auscultasse, quam ipsa celebrari mandasset, moxque inde reuertisse domum, mater amplius ædificata totum marito retulit. Ille verò gratias Deo agens rem tacitus considerabat.

* *

EX TOMO III. SVRII,

Elogium S. Monicæ matris S. Augustini
ex libris confessionum eius A. Li-
pomanuo Collectore.

Sur. Tom. 3. 4. Maii.

S Augustino adhuc in Manychæorum hæretico persistente mater eius conuersio cupidissima non desistebat à precibus & lacrymis pro eo fundendis: quam deniq; Deus exaudiuit & eiusmodi somnio consolatus est, vt viuere ipsum feceret, & habere secum eandem mensam in dormitorio, quod nolle cuperat auersans & detestans blasphemias erroris eius. Vedit enim statim se in quadam regula linea, & adueniente ad se iuuenientem splendidum hilarem atq; arridentem tibi, cum illa esset mærens & mærore confecta. Qui cum cauila ab ea quæfisset mæltitiae suæ, quotidiana rurumq; lacrymarum docendi, vt assolet, non discendi gratia, atque illa respondisset, perditionem meam se plangere, iussisse illum, quo secura esset, atq; admunisse, vt attenderet & videret, ubi esset illa, ibi & esse filium: Quod illa ubi attédit, vidit ipsum iuxta se in eadem regula statim. Vnde hoc bone omnipotens, niti quia erant aures tuæ ad cor eius? tu, inquam, qui sic curas unumquæq; nostrum, tanquam solum cures, & sic omnes, tā quam singulos. Vnde illud

Preces

S. Mo-

nice

profi-

lio.

Visio.

illud etiam, quod cum filio narrasset ipsum visum
& filius ad id trahere conaretur, ut illa se potius nō
desperaret futuram esse, quod eram: continuo sine
aliqua hæsitatione, non, inquit, non enim nihil di-
ctum est, ubi ille, bi & tu, sed ubi tu, ibi & ille. At
cum Augustinus per nouennium obsecratus man-
nasset, oravit insuper mater Episcopum pium & Error
doctum, ut cum eo colloqueretur & errores e ^{altius}
ius reselleret & dedoceret mala, ac doceret bona, infor-
mabat adhuc indocile esse eō quod inflatus es-
set nouitate hæres illius, & nōnullis quaestiu-
lis tā multos imperitos exagitasset: sed tunc, inquit,
illum ibi, & tantum roga per eō dominum. ille le-
gendo reperiet, quis ille sit error, & quanta impie-
tas: nec hicti poterit, ut filius istarū lacrymarū per-
eat. Interim Augustinus Romam pergere voluit
Carthagine relicta nō quod maiores quæstus, ma-
iorq; ei dignitas ab amicis, qui hoc suadebant, pro-
mittebatur, quanquā & ista ducebant animū eius,
sed illa erat tū causa maxima & pñē sola, quod au-
dierat, quietius ibi studere adolescentes, & ordina-
tionē disciplinæ coercitione sedari, ne in eius scho-
la, quo magistro non vntur, pñsim & protervè
irruant, nec eos admitti omnino, nisi ille permise-
rit. Contra apud Carthaginem fæda est & in tem-
perans licentia Scholasticorum: Irrumpunt impu-
denter, & prope furiosa fronte perturbat ordinē, proter-
quam quisq; discipulis ad proficiendū instituerit. ^{Schola-}
^{sticorū}
Multā iniuriola faciūt mira hebetudine, & punien-
da legib. nisi cōsuetudo paterna sit, hoc miseriōres
eos ostendens, quo iā quasi liceat, faciunt, quod per

Diuinam legem nunquam licebit: & impune se facere arbitrantur, cum ipsa faciendi cætitate purinantur, & incomparabiliter patientur peiora, quæ faciant. Ergo quos mores, cum studeret, suos esse noluit, eos, cū doceret, cogebatur perpeti alienos: & idcirco placebat ire, vbi talia non fieri omnes, qui nouerant, indicabant. Ibat igitur mari matre & inuita & sollicita. Vix dum Romam ingressum febrilis ardor oppressit matre vidua nesciente, nec minus pro eo in precibus sollicita, frequentante E'cemofynas, obsequente, atque scrupulente seruis Dei, nullum diem prætermittente orationem ad altare bis in die mane, & vesperi ad Eccleiam sine villa intermissione veniente, non ad vanas fabulas & aniles loquacitates, sed ut Deum auditet in sermonibus suis, & ipse illam in orationibus suis. Nec multò post nauigauit ad ipsum mater pietate fortis terra marique sequens, & in periculis Dei auxilio secura. Nam & per marina distractima ipsos nautas consolabatur pollicens eis peruentioneum cum salute, quia hoc ei Deus per ipsum pollicitus erat: & inuenit quidem filium pericitantem grauiter desperatione indagandæ veritatis, id est, veritatem, quidem nondum adeptum,

*S. Ambro-
sii doctri-
na.* sed falsitati iam erectum opera præsertim S. Ambrosii, & frequentatione Ecclesiæ. Itaque illa S. Ambrosium tanquam Angelum Dei suspiciebat, & amabat. Itaque cum ad memorias sanctorum, sicut in Africa solebat, pultes & panem & merum attulisset, atque ab ostiario prohiberetur, vbi hoc Episcopum vetuisse cognouit, tam piè atque obedienter

dienter amplexa est, ut ipse Augustinus miraretur,
quod tam facile accusatrix potius consuetudinis
suae, quam disceptatrix illius prohibitionis effecta
sit: prohibitionis autem causa fuit, ne vlla occasio
se ingurgitandi ebriosis daretur, & quia illa pa-
rentalia superstitioni gentilium erant simillima.
Non longe cæperat Mediolanensis Ecclesia ge-
nus hoc consolationis & exhortationis celebrare,
magno studio fratrum concipientium vocibus &
cordibus. Nimirum annus erat aut non multo
amplius, cum Iustina Valentiniani regis pueri
mater S. Ambrosium persequeretur hæresis sua
causa qua fuerat seducta ab Arrianis. Excubabat
pia plebs in Ecclesia mori parata cum Epriscopo
suo. Ibi S. Monica sollicitudinis & vigiliarum pri-
mas partes tenens orationibus viuebat: Augusti-
nus adhuc, ut satetur, frigidus à calore spiritus Di-
uini, excitabatur tamen ciuitate attonita atque
turbata. Tunc hymni & psalmi ut canerentur
secundum morem orientalium partium, ne po-
pulus mœroris tædio contabesceret, institutum
est, & ex illo in hodiernum diem retentum multis
iam ac pñè omnibus gregibus Christianis & per
cætera orbis imitantibus. Tunc ad reliquias cor-
porum SS. Geruasii & Protasii, quæ reuelata sunt
S. Ambrosio, Dæmones expulsi, & cæcus lumen
recepit. At Augustinus & Euodius iuuenis pa-
triotæ cum quærerent, quisnam locus eos utrius
haberet seruientes Deo, pariter remearunt in A-
phricam: & cum ad ostia Tyberina essent, mater
defuncta est. Fuerat, ut refert ibidem S. Augus-.

*Cantua
origo
causa.*

nus, vetula optimis moribus, quæ patrem eius in fontem portauerat, quæ curam dominicarum filiarum commissam sibi diligenter gerebat, & erat in eis coquendis, cum opus esset, sancta seueritate vehemens, atq; in docendis sobria prudenter. Nam eas præter illas horas, quibus ad mensam parentum moderatissimè alebantur, etiam si ex-

Vis cō-

modi

nus.

confuctudinem malam, & addens verbum sanum: modò aquam bibitis, quia in potestate vinum non habetis: cum autē ad maritos veneritis, factæ Dominae apothecarum, & cellarū, aqua sordebit, sed nos potandi præualebit. Et tamē subrepserat matri Monicæ vinolentia. Nam cum de more tanquam puerilla sobria iubaretur à parentib. de cuppa vinū proprie submissio poculo quā desuper patet, prius quam in lagunculam funderet vinum, primis labris sorbebat exiguum, quia non poterat ali plius sensu recutante: non enim illa temulenta cupidine faciebat hoc, sed quibus à super effluentibus ætatis excelsibus, qui lucicris motibus ebulliunt, & in pueri ibus animis maiorum pondere premi solent. Itaq; ad illud modicum quotidiana modica addendo: quoniam qui modica spernit, paulatim decidit, in eam consuetudinem lapsa est, ut prope iam plenos mero caliculos inhianter hauriret. Vbi tunc sagax anus & vehemens illa prohibito? Nunquid valebat aliquid aduersus latenter morbū, nisi medicina domini vigilaret super nos? Ancilla igitur, cū qua solebat accedere ad cuppam litigans cum domina minore, ut sit sola cum sola, obie-

obiecit hoc crimen amarissima insultatione vo-
eans meribulā. Quo illa itimulo percussa respexit
fœditatē suam, confessimq; damnauit, atq; exuit.
Sicut amici adulantes peruerunt, sic iniici litigantes
plerumq; corrigunt. Itaq; Deus de alterius
animæ (licet & seipsum ferō prodēdi periculo libe-
rare volebat) insania sanauit eam, ne quisquam cū
hoc aduertit, potentia suæ tribuat, si verbo eius a-
lius corrigatur, quē vult corrigi. Educata itaq; pu-
blicè & sobriè, potiusq; (ait Augustinus De lo-
quens) à te subdita parentibus quam à parentibus
tibi, vbi plenis annis nubilis facta est, tradita viro
seruiuit velut Domino, & satagit eum lucrari libi
loquens te illi moribus tuis, quibus eam pulchram
faciebas, & reuerenter amabilem. atq; uirabilem
viro. Ita autem tolerauit cubilis iniurias, vt nul-
lam de hac re cum marito haberet humiliatem.
Expectabat enim misericordiam tuam super eum,
vt in te credens iustificaretur. Erat enim ille sicut
benevolentia præcipuus, ita ira feruidus. Sed noue-
rat hæc nō resistere irato viro non tantum facto, sed
ne verbo quidem. Nam verò refracto, & quieto, cū
opportunum videtur, rationem facti sui reddebat,
si forte ille inconsideratus commotus fuerat.
Denip; cum matronæ multæ, quarum viri malfue-
tiores erant, plagarum vestigia etiam de honesta-
ta facie gererent, inter amica colloquia illæ ar-
guebant maritorum vitam, hæc carum linguam,
veluti per iocum grauiter admonens, ex quo illas
tabulas, quæ matrimoniales vocantur, recitari,
audirent, tanquam instrumenta, quibus ancillæ
factæ

Ffe-
ctus ha-
bitum a
cognitio-

Pictas
Obse-
quium
Uxorius
in ma-
ritum

Sæc^x essent, deputare debuissent: proinde memoriæ conditionis, superbire aduersus dominos non oportere. Cumque mirarentur illæ scientes, quam ferocem coniugem sustineret, nunquam fuisse auditum, aut aliquo indicio claruisse, quod Patricius ceciderit vxorem, aut quod à se vel vicinum diem aliqua lite dissenserint, & causam familiariter quererent, docebat illa institutum suum, quod suprà memorauit. Quæ obseruabant, expertæ gratulabantur: quæ non obseruabant, subiectæ vexabantur. Socrum etiam suam primò susurris malarum ancillarum aduersus iteritatem sic vicit obsequiis perseverans tolerantia & mansuetudine, ut ultro illa filio suo medias linguis famularum proderet, quibus inter se & numerum pax domestica turbabantur, expeteretque vindictam. Itaque posteaquam ille & matri obtemperans, & curans familiæ disciplinam, concordia suorum consulens, proditas ad prudentis arbitrium verberibus coercuit, promisit illa talia de se præmia sperare debere, quæcumque de sua natusibi, quod placeret mali aliquid loqueretur: nullaque iam audente, memorabili inter se bene-

Sufur,
ratio:
et im-
veris
narra-
tis sed
otiosiss.

10. Ante suavitatem vixerunt. Atque equidem hoc bono mancipio tuo, in cuius vero me creasti Deus meus, misericordia mea munus grande donaueras, quod inter dissidentes atque discordes quaslibet animas, ubi poterat, tam te præbebat pacificam, ut cum ab utraque multa deinuicem audiret amarissima, qualia solet eructare turgens atque indigesta discordia, quando præsenti ami-

cæ de

Exempla de Coniugio.

91

ca de absente inimica per acida colloquia crudelitas exhalatur odiorum, nihil tamen alteri dealtera proderet, nisi quod ad eas reconciliandas ^{vix} leret. Paruum hoc bonum mihi videretur, nisi turbas innumerabiles tristis experirer, nescio qua horrenda pestilentia peccatorum latissime pernagante, non solum iratorum inimicorum iratis inimicis prodere, sed etiam quae non dicta sunt, addere. cum contra animo humano parum esse debat, inimicitias hominum nec exagitare, nec au gere malè loquendo, nisi eas etiam extingue re bene loquendo studuerit, qualis illa erat docente magistro intimo ih schola pectoris. Denique etiam virum sum in extrema vita temporali lucrata est tibi, nec in eo iam fideli planxit, quod in nondum fideli tolerauerat. Erat etiam serua servorum tuorum. Quisquis enim eorum nouerat eam, multum in ea laudabat & honorabat, & diligebat te: quia sentiebat presentiam tuam in corde eius, sanctæ conuersationis fructibus testibus. Fuerat enim eius viri vxor, mutuam vicem parentibus reddiderat, domum suam pie tractauerat, in operibus bonis testimonium habebat. Nutrierat filios toties eos parturiens, quoties abste deuiare cernebat. Postremò nobis omnibus Domine, qui ex munere tuo finis loqui seruis tuis, qui ante dormitionem eius in te iam consolati viuebamus, percepta gratia baptismi tui, ita curam gessit, quali omnes genuislet; ita seruimus, quasi ab omnibus genita eslet. Imminente autem die, quo ex hac vita erat exitura, colloquebamur

foli

Virtus

sine

querere

la.

Ioli valdē dulciter, & præterita obliuiscentes in ea, quæ ante sunt extenti, quærerbamus inter nos apud præsentem veritatem, quod tu es, qualis est futura æterna vita Beatorum: quomodo sicut in multis tunc in carnis & phantasias omnium creaturarum creator ipse nobis audiendus: & quomodo inter verba hæc & similia mundus iste nobis vilesceret cum omnibus delectationibus suis.

*Vtram
fatuā
profer
præsen
tu.*

tunc ait illa: Fili, quantum ad me attinet, nulla iam re delector in hac vita. Quid hic faciam adhuc, nescio, iam contumelias spe huius seculi: Vnum erat, propter quod in hac vita aliquantum immorari cupiebam, ut te Catholicum Christianum viderem, priusquam morerer: cumulatus hoc mihi Deus meus præstítit, vt te etiam contemptâ felicitate terrena seruum eius videam. Quid hic facio? Ad hæc quid ei responderim, non satis recolo. Tum intereà vix intra quinquages dies, aut non multò amplius decubuit febribus. Et cum ægrotaret quodam die defectum anima passa est, & paullulum subtracta à præsentibus. Nos concurrimus, sed citò redditæ est sensui, & a spexit astantes me & fratrem meum, & ait nobis quasi querenti similis. Vbi eram? Deinde nos matrone attonitos intuens: ponite hic inquit, matrem vestram: illudq; rogo, vt ad dominialtare memineritis mei, vbi fueritis. Ergo die nono ægritudinis suæ 56. anno ætatis suæ 3. ætatis meæ annina illa religiosa & pia corpore scutata est.

*Ex vita S. Ioannis Damasceni elogium
parentum ipsius scripta per Ioannem Pas-
triarcham Hierosolymitanum. quæ
extat apud Surium Ton. 3.*

6. Maij.

Maiores S. Ioannes pios habuit, quique soli pietatis florem, atq; cognitionis Christi odorem inter medias spinas conservarunt. Nam hi soli Christianum nomen perinde atq; præclararam quandam & à nullo extorquendam hæreditatem ita retinuerunt, ut ex quo Agareni urbem imperio suo ac ditioni subiecerunt, orthodoxam doctrinam nullo modo labefactârint. Quo etiam factum est, ut insignes & celebres inter medias impiorum cateruas virtus reddiderit, vt pote quam hostes quo que ipsi venerationi habeant, ad instar Danielis apud Assyrios, & Iosephi apud Aegyptios, quos captiuos virtus negotiis præfecit, ut & hunc Saracenicæ reip. Ut igitur semen in monte, vel si rectius loquendum est, ut lucerna in nocte, & ut semen in Israel, ac denique ut scintilla in cinere, sic Ioannis maiores Damasci relicti sunt, ut præclaram hanc facem proferrent: ea autem omnibus terrarum finibus lucem adserret: An non ita in Ioanne Baptista contigit? nam quoniam futurum erat, ut superioribus omnibus Prophetis clarius cluceret, idcirco Diuina prouidentia à fæderotali tribu prodierit, atque à propheta genitus est: eadem quoque prouidentia Ioannis pater

*Virtus
hostis.
amabili-
tis.*

cum

cum primis pius atque humanitate præditus extitit. Nam cum tum ob eximiam virtutem, tum ob reliquum vitæ splendorem, amplissimalesque opes publicorum negotiorum cura ac administratio per omnem ei regionem demandata fuisset. ipse non in commissationes, ac per potat o*is*
Præsum o-
pum. & superuacaneas impensas diuitiis abutebatur, sed vel redimendis captiuis, vel Christianotum sublidiis impendebat, vel libertati permittenda increbili humānitate & liberalitate tam immobilibus quam mobilibus bonis exercita. Tanto igitur viro præmii loco S. Ioannes datus est: quem infantulum pater inusitato & audaci inter barbaros facto baptismi confortem esse voluit: deinde in eam de pueri curam incubuit, non ut ille de sultorios equos regere, ac moderari, hastam commodè vibrare, aut arcu sagittam exactè euittare, aut cum feris pugnare, ac naturalem mansuetudinem in belluinanam crudelitatem immutare diliceret: quemadmodum videlicet multis hinc evenire solet, quod iracundia subinde perturbentur, & furiosum ac immanem quendam in modum subfultent. Ac propterea alias quidam Chiron in montibus educatus, ceruotumque medulla disci-

Cosmas
d'Elis-
simus i-
doneus
magi-
ster S.
Dama-
sceni.

pulum alens à Ioannis Patre haudquaquam querebatur, sed qui omni genere eruditioris excultus esset, atque ex animi corde bonum verbum eruditione etaret: quo nimis irum filium suum huiusmodi quoque epulis alectet. Cuius votis Deus satistet dum Agarenis more infestum habentibus & captiuos ducentibus, quos partim necabant, par-

tim

tim vendebant, vnuis in terreos repertus est vultu
gratuitatem præ se ferens internum animi statum
declarante, qui etiam aliis trucidandis veneratio-
ni erat, & à quo preces ad Deum pro sua certatim
petabant, data per hoc ansa Agarenis sciscitandi,
quis esset: quibus respondit: Nullam fæcerdotii
dignitatem gero, verum inutilis quispam mona-
chus sum ex Italia philophia & artium excultus
non minus antiqua illa, quam nostraræ Deo gra-
ta. Quibus verbis oculos eorum lacrymis im-
pleuit: & hunc quidem Ioannis pater impetra-
tum à principe filio præfecit.

*Elogium parentum S. Petri Præfulis
Tarentasii authore Gaufrido Abate
Altætumbæ.*

Sur. Tom. 3. 15. Maij.
in vita S. Petri.

S Petri parentes in prædio suo Viennensis
Dyæcesis iustis suis laboribus, victu medio-
cri vitam sobriam trantigebant, secundum fæcu-
lum præsens humiles, sed eleemosynis & affectu *Studiorum*
& obsequiis in pauperes & prælertim pios religio- *piorum*
sos deuoti: quo tempore Cistertiensis monasterii *coniugis*
vinea iam fructificans ad illas etiam partes dilata- *g. 1413.*
uit palmites suos, quos Guido Præfui in Bonauelle
primus plantauit postea futurus Calixtus
summus sacrorum princeps locum irrigationi
populorum & incremento Diuino præbens: cu-

ius loci primus Cenobiarha S. Ioannes non passus post obitum miraculis incluaruit: quem in monasterii initiis parentes S. Petri magnè sunt honore prosecuti. Quorum Lan berrus maior natus

S. Petri filius cum traditus mature esset litteris, Petrus studio minor natu non signiter infecutus non aliena ductus manus, non minus cælesti gratia, quam diligētia magistrorum disciplinam solertia ingenii & memorie præcurrerat lectionis & gratuitatis puerorum. & spectator à ludis pueritiae confuetis alienior. In tempore iam legitima puerorum procreatione completa vitam in saeculo Eremiticam præoccupare parentes, abstinentia dare operam, à coniugi opere penitus abstinere, & amplius solito in Eremosiniis se exercere, deputare meliora fulcrum pauperibus, ipsi in palea recubare: & cum tota domus Xenodochium videretur, alsignata erat pauperibus & peregrinis propria cella seorsum Religiosos non modo suscipere, sed expetentes stagebant: Maximè vero Carthusianis, & Bonaventurianis, in quibus maximè complaccebant, coniugia ferre cibaria, & salutis consilia ab eisdem non modo sibi sectanda, sed pluribus communicanda referre, pacem cum omnibus habentia suadere, ad eamque discrepantes reuocare, iniuriarum patientibus opem ferre, opportunè arguunt, quos licuit, inserventes. Cilicio pater vtebatur ad carnem, quod sub vestibus sibi congruis occultabat. Ambo pariter magis ac magis innocentiam conseruare, lectarij stitiam, colere pietatem, in fide & operibus bonis liberos educare. *Filius Clericorum*

coniu-
gum se-
rū stu-
dia.

Clericis nulla volebant Beneficia Ecclesiastica conferri, licet adhuc in seculo constitutis, quod vix solent etiam religiosi euitare parentes.

Martyrium S. Gordiani qui à S. Ianuacio cum uxore & s. è familia baptizatus est. ex M. S. codice, & antiquissimis martyrologiis L.

Suri Tom. 3, 10. Maii.

SIAnuarius senex presbyter iussu Iuliani a postatae imperatori cum multis Christianis in carcere detenus nullis ab eo minis proposito abduci potuit, ideoque Gordiano Praesidi ad custodiendum in carcere traditus. Gordianus igitur noctu eum ad se accersens, dicebat, se eius velle sermonibus oblectari: cui dixit S. Ianuarius: Fili noli perdere tempus tuum, sed potius age penitentiam propter trucidata corpora sanctorum, & baptizare, ut possis frui requie æterna, & immunis esse à tormentis igni æterni. Gordianus ait: Irane certus ero, si dictis tuis obtemperauero, immunem me fore à suppliciis istis semper. *Spōnsa salutis.* S. Ianuarius respondit: ego tibi polliceor in nomine Domini Iesu Christi si toto corde credideris, & baptizatus fueris, omnium facinorum tuorum fordes expiatum iri, adeò,

vt te ipsum quoque Domino Iesu Christo sacrificium offeras. Gordianus vicarius dixit: præscribe ergo mihi credendi aliquam formam vel modum. Cui Ianuarius confiteris, ait, in nomine Patris, & filii, & Spiritus sancti unam diuinitatem & agens penitentiam, ostendas te agnoscere peccatum tua. Tum Gordianus lacrymans abiit ad uxorem suam Marinam, dixitque ei omnia, quæ eadem nocte eum comitata procidit cum ipso ad pedes S. Ianuarii orantes baptismum, seque peccasse facti, effice, aiunt, ut liberemur a peccatis nostris. Ad hæc Ianuarius, etiam atque etiam videte, animum toto corde credatis, num quod tegumentum intus retineatis: scio enim vos ab imperatore haberit in honore. Respondit Marina: unam Iouis effigiem habemus reconditam ab Imperatore nobis datam, ob quam sancti cruciabantur. De ea vero quid faciemus? eam igitur ei ostendit æneam inauratam cum tripode ærea: Quamox S. Ianuarius cum ara accenso igne conflauit proiecitur in cloacam: atque deinde cum ingenti gudio Catechizavit utrumque, atque è familiis promiscui sexus quinquaginta tres, quos etiam omnes baptizavit. Post 14. dies Julianus requieuit de Ianuario per Clementianum tribunum cui Gordianus fusalit, ut exemplo suo abdicaret Cæsaris obedientia per fidem vitam sibi sempiternam pararet, cuius sibi S. Ianuarius minister quem honore, non minoria dignum putaret. His auditis Julianus iussit Gordianum includi in carcere.

Bapti-
cantur
coniug-
ges cum
fami-
liis

ecrem subrogato in eius locum Clementiano, & Relegat
vxorem eius Marinam, in pago, quem aquas Syl- *tio Ma-*
rias vocant, rusticorum seruituti addici, ut ea fer- *rine.*
uitute oppimeretur. Deinde Clementianus Gor-
dianum pro tribunali compellat, quorsum contra
edictum Cæsareum Deos conflauerit! imò,
ait Gordianus pro salute reip. id feci, & porro
facturus sim, si copia detur: & tamen dic, oro,
quem nam potius adorandum censes, eum ne, qui
fecit, an eum, qui fingitur? Ego planè illum ado-
ro, per quem facta sunt omnia. Cui præses, cur i- *Deo ob-*
gitur is à Juliano proiectus est? Imò verò ait *Iatio*
Gordianus, à Deo proiectus est Julianus, qui Dei *Gor-*
timore spreto adorat dæmonum simulacra, cum *diani.*
quibus peritus est. Tum præses plumbatis ca-
sum & gratias Deo agentem decollari iussit, cor-
pusque per 5 dies feris obiectum, & devorandum
relinqui, à quibus intactus à Christianis est sepul-
tus in sepulchro S. Epimachi, ubi diu miracula
coruscant.

*Consortium felix Martyrii sanctorum
Glycerie & Laodicii ex Mez-
taphraste.*

Sur. 10. Maij.

Antonino Imperante & Christianos perse-
quente lex eius à Praeside publicata Traia-
nopolis omnes sub pena capitis in templum Io-
nie ad sacrificium compellabat. Christiani au-

tem, quorum perpauci, pro pace Deum rogabant; ad quos in domuncula, ut moris, congregatos Glyceria Romana fæmina filia Macarii consulis suæ & alienæ salutis solicita accessit, eos his verbis compellauit: Fratres, sorores, filii, patres, & quæcunque matris loco mihi elicte videte & vobis cauete, ac diligenter animadverte, qualis imperator est ille, cuius characterem habetis, & quali forma in fronte signati sumus, qualis monetæ inscriptionem accepimus. Hæc igitur eum sciamus, demus operam, ut quam diligentissimè Domini nostri præcepta seruemus, & apud illum ipsum æternum regem salutem consequamur, characterem etiam, quem accepimus ab omni labore vacuum ac purum custodientes. Id cum fæmina illa dixisset: optamus, inquit, omnes, horum omnium, quæ dixisti, compotisci. Tum illa, vestræ igitur preces Deo offerantur. Eodem igitur die, quo populus ad sacrificandum cum singulis singuli lampadibus conueniebant, Glyceria palam Præsidem increpauit, & se met Deo vero sacrificium per martyrium obruit: & precibus fusis Lapidosum Iouis simulacrum humi stravit resonante tonitru, & in partes comminuit. Quare præses iratus cum Symmictis suis eam lapidibus obrui iussit: at lapides in cassum coniecti eam circumdederunt illæsam, dein ductam in carcerem sacerdos Philocratus confontauit: mox datis aptis & contrariis pressi responsis crinum capitum laniationem ne quicquam sensit, oculorum punitionem exponens.

Offertur ad martyrium.

per ea liberatur, semius in terram stratis li-
eto, ibus eripitur. Dein rursus in custodia ab
angelis pascitur, pasta referatis sponte obsignatis
toribus cum stupore à præfecto dimissa Hera-
cleam ad Christianos peruenit. Ibi rursum ten-
tata de constantia in accensum fornacem sine læ-
fione coniicitur. Tum pelle è vultu detracta to-
ta nocte in carcere super acutos lapidum aceruos
diutissimè distracta, detenta cælesti ope facie re-
stituta in pristinam speciem dilapsis quibus tene- *Laodice*
batur vinculis sanatur, sanata à Custode Laodicio *cuius cuius*
sic ut erat libera innenitur, inuentanō agnoscit, *stos co-*
professa ipsum de miraculo factō edocet, edo- *nervi-*
tur.
Etum ad fidem in Deum capessendam induxit,
inductum secum vinculis eisdein solutis edu-
cit, eductum Præsidi offert, oblatum & fortiter
in fide perstantem coram eo & mortis sententia
accepta paratum Deo precibus ad extremum a-
gonem præmunit, præmunitum securi mox fe-
riendum ad cælum præmittit, præmissum leænæ
alteri impune obiecta, ab altera citra cicatri-
ecm præmorsa voce cælesti vocante se.

licissimè est inse-
cuta.



Illustris societas Martyrum S. Hermetis
& familiæ, S. Quirini, & filie, & aliorum
à S. Alexandro Papa mirabiliter
conuerstorum, & confirmatorum ex vetustis
M. S. codicibus, & antiquissimis Martyrologiis,

Sur. Tom. 3. 3. Maii.

Quinto loco à B. Petro Apostolo Romanæ
vrbis cathedralm obtinuit Alexander, san-
ctitate incomparabilis, ætate quidem iuuenis, sed
fide canus. Totius autem populi affectum & be-
nevolentiam illi gratia Diuina conciliarat, ita
ut & senatorum maximam partem conuerteret
ad Dominum, & præfectum quoque Vrbis Her-
men cum uxore, sorore, & filiis baptizariit, &
ab hoc cum iis pariter 1250 seruos eius, eorumque vxores
S. Her. & filios: quos quidem Hermes in die 8. Paschæ
me no- prius libertate donatos ita demum curauit ba-
men v. ptizari, baptizatisque multa est dona largitus.
Cum autem hæc ad Traianum principem per-
modo, lata essent, misit is Aurelianum Comitem vtriusq.
cui & que militiae è Seleucia, ut Christianos omnes in-
sempla veruista conficeret. Vnde nutu Dei eodem anno mor-
tuus est Traianus. Vbi autem ad urbem accel-
erata fecit Aurelianus, vniuersus senatus non minus ob-

secutus est ei, atque ipsi principi Traiano. Adie- *Pſeū-*
runt autem illum templorum pontifices, & ea doſa-
quæ gesta erant, inuidiosè criminantes adeò eius *cerdo-*
anum iracundia inflamârunt, vt & Hermen *tū crē-*
prefectum in vincula coniici, & Alexandrum mino-
Papam in carcerem duci iussit. Inde verò orta *110.*
est grandis in populo Romano seditio quibus-
dam clamantibus, viuus ardeat Alexander: aliis
vociferantibus, Hermes debet flammis exuri,
qui tot hominum millia à Deorum cultu auertit,
accinctus templo nostra vitare, & Deos nostros
confringere. Cum autem Hermes p̄fæctus a-
pud Quirinum Tribunum haberetur in vinculis,
dixit ei Quirinus: Quæ ratio est, vir illustris, ut
vice versa iudicans non solum ad istam iniuriam
te redigi velis, verum etiam præfecturæ honore
abdicato vinculis tanquam priuatum onerari æ-
quanimiter feras? S. verò Hermes ait: Ego præ-
fecturam non amisi, sed mutauī. Nam terrena
dignitas à Terrenis tollitur hominibus & muta-
tur, dignitas verò cœlestis æterna sublimitate sub-
sistit. Plura scilicet addidit se de resurrectio-
ne certum esse idoneo testimonio captiuū Ale-
xandri, certum quoque esse promissione Christi,
qui suos liberare potest: cui in cruce pendenti
Iudæi insultantes dicebant. Si potest, descendat
nunc de cruce & credimus ei. Ille autem si non
abominatus esset eorum pectora perfidiae squalo-
re plena, vidissetque ex animo illos velle credere,
sine dubio descendisset: & tu igitur, si vera lo. S. Her-
queris, abiad eum & dicito illi: Si vis ut verum mis-
te ei, culsum.

te esse Dei Praeconem, & verum Deum esse, quem
colis, credam, aut te apud Hermen inueniam, aut
Hermen apud te, & omnia, quæcumque dixeris
mihi, credam. Accepta utrumque conditione Ale-
xander in preces incubuit, quem ea nocte Ange-
lus è canere educit ad ædes Quirini. Quo viso & si-
mul Angelo tanquam puerulo quinquenni faciem
gestante obstupuit, & commonitus non malefici-
cium id esie, sed vnum instar beneficiorum Christi
miraculis homines ad fidem prouocantium. Quia
& iampridem ipso filiolum ad vitam excitante, &
nutriente cæcæ lumen restituente iure merito lubes-
creddi. Quirinus promptus ad credeendum petuit,
ut Balbinam filiam, quam nuptui tradere cogita-
rat, à struma collum deformante liberarent. A'le-
xander itaque sponte per Angelum in carcere
reductus Balbinam fasciis fuis admotis sanauit. E-
rant autem ibidem viginti in carcere martyres &
inter eos duo Presbyteri Euentius, qui ante 70
annos factus Christianus, undecimo ætatis anno
baptizatus, viceximo Presbyter ordinatus, &
Theodolus ab oriente Presbyter: erant & alii rei
in carcere diuersorum criminum: quibus Quiri-
nus, hortatu Alexandri, fidem persuasit, & baptis-
Capti-
vorum
conver-
lio. mo percepto libertatem quoctunque vellent eun-
di, addixit. Instrueti igitur pleniū ab Alexandro,
& à duobus presbyteris in catechumenos relati-
omnes cum Quirino filia & familia baptizati sunt:
cum autem captiui catcerem libertati, martyrium
vitæ prætulissent, comotus Aurelianus accirum
ad se Quirinum, eique constanter obstantem lin-
gus

guā præfecta in eculeo manibus & pedibus trun-
catum decollauit, deinde Balbinam & cæteros
captiuos mari in lacera naui demerſit, Alexan-
drum ſcorſim eculeo ſuſpenſum, vngulis radi, &
flamm's vſtulari: tum duos presbyteros in furnū
coniici & cum ab Angelo eſſent præſeruati alter in
furno, alter ante furnum, decollati ſunt: at Ale-
xander lente membratim punctus defecit fanētis-
ſinus & Pontifex & Martyr. At Aurelianuſ men-
te alienatus ardensque ſerbibus ma' è periiit: Qui-
bus conſternata Seuerina eius vxor cilicio ſe in-
duit, & tam diu iacuit ad limina sanctorum, donec
ab oriente veniſſet S. Sixtuſ Epifcopuſ. Porro S.
Damaluſ Pontifex refert S. Alexandruſ ſalem &
aquam conſecraſſe ad uſum hominuim in habita-
culis.

*Illuſtre encomium Itaꝝ vxoris Pipini Du-
cis ſororis S. Modoalди, matris S. Gertru-
dis ex Stephano Abbe Leodiensi
Sur. Tom. 3. ex vita S.
Modoaldi.*

Fuit Ita mulier ad modum venerabilis ac
Deo deuota in fide & bonis operibus: quæ
quidem matrimonio iuncta clarissimo Duci Pi-
pino genere & opibus, & quod rarum in petenti-
bus, ſublimitate honorum & humilitate mo-
rum æquè nobilis: qui egregius & veriſſimus
pater patriæ quo tempore rebus humanis
exceſ-

excessit, tanto Austriae totam dolore perculit,
ut planctui eius pl. nctus regum nequaquam con-
ferri posset. Fuit namque probatissimæ vitæ &

Pipini purissimæ famæ, sapientiæ domicilium, consilio-
princi- rum thesaurus, defensio legum, controversiarum
pis vir- finis, munimentum patriæ, decus curiæ, via du-
tutes. cum, & disciplina regum, iustitiæ, prudentiæ, for-
titudinis, temperantiæ exemplum omnibus po-
tentibus. Quod si vxores nobilium vel etiam

S. Hte regum, quibus familiaris solet esse elatio, vene-
morino tabilis Itæ exemplo animum applicarent, possent
Pipino vtique perpendere ex eo, quod fortiter & sancte
conti- egit sub viduitate iam libera, quod deuota Deo
nentia, vixerit sub tanti mariti disciplina: cum enim pro-
& vir- pter morum elegantiam, generis & fortunarum
euses. præstantiam à multis magnisque procis appetere-
tur, ipsa accepto velo continentia à S. Amando
Traiectensi Præfule omnibus spem coniugii præ-
scidit: Conuerit deinde domum in claustrum &
Ecclesiam, ut ibi cum collectis virginibus non
tam regiminis prærogatiua, quam humilitatis
obsequio perseveraret. Discant matronæ huius
nobilissimæ mulieris exemplo, quid Deo, quid
maritis debeant: discant & viduæ, quæ cultu su-
perbo delectatæ terna, vel quaterna, vel plura
matrimonia omni studio affectant sexagesimo
viduitatis fructu priuandæ, licet communī lege à
nuptiis non exemptæ. Fuerunt ei liberi tres sum-
ma digni memoria, quos ad honorem S. Trini-
tatis pio consorti Pipino feliciter edidit: Grimo-
aldus paternæ dignitatis ac pietatis hærcs dignis-
timus

simus ad totius regni firmamentum: tum duæ
sorores eius Gertrudis & Begge geminum quasi
preciosissimarum d̄corum gemmarum ad cælo-
stis sponsi gloriam, & Ecclesiæ sanctæ decus &
gratiam referentes.

*Elogium S. Rictrudis in coniugio, & co-
libatu monastico & institutione, &
prouectione prolium ad
eundem.*

Ex Tom. 3. Sur. 12. April.

Sic Rictrudis copiosis parentibus in Vasconia
necdum tunc paganismi experitata nata tem-
pore Dagoberti regis, qui quintus fuit à Magno
Clodoueo. Cum igitur per id tempus Franci cre-
bro in Vasconiam commarent, Rictrudis puella
bonæ indolis ad nubiles iam perducta annos con-
spicitur, amatur, atque expertitur à Franco quo-
dam Adelbaldo præclaris orto natalibus: cuius
mater Gerebertha filia fuit S. Gertrudis in Mono-
stero, quod Harnaticum dicunt, quiescentis, quod
ipsa construxerat. Fuerat is Adelbaldus à puero *Ma-*
optimis institutus disciplinis, multisque pollebat *rimo.*
opibus, & fundis, nec vulgarem gratiæ locum in *novo*
regis aula obtinebat, dignus planè vir, qui Rictru- *par Ric-*
dem haberet coniugem: cui etiam iuxta morem *Rictrudis*
desponsa, & matrimonii lege sociata fuit, licet qui- *& A-*
dam virginis cognati id molestè ferrent. Neque *Adelbalo*
mundi di-

ineundi huius coniugii causa fuit libido aut incontinentia, sed amor charæ sobolis. Nec decrant utrique dores animi aut corporis, quæ insponso sponsaque spectari solent. In Adelbaldo cernere erat gencris nobilitatem pulchritudinem, virtutem & sapientiam, quæ ad conciliandum amorem plus habent vitium: In Rictrade formæ elegantia, genus, opes & mores, quæ præ cæteris inquirenda sunt, viscebantur. Itaque conuenienter illi sententiae Apostolicæ erat illis honorabile coniugium, & torus inmaculatus. Nec enim surda acceperant aure, quod idem Ap. dicit: An nescitis quoniam membra vestra templi sunt spiritus sancti, quem habetis a Deo, & non etsi vestri glorificate & portate Deum in corpore vestro. Fidem vero coniugii inter se accuratè seruantes compage fidei & caritatis erant duo in carne una vñanimes uno ore, & concordi operatione honorificantes Deum, & omnibus diebus vitæ suæ seruientes ei in iustitia & sanctitate. Natæ sunt quoque eis proles, de quibus postea, Maurotus, Clotfendis & Adelsendis, qui sua & aliorum piorum opera in timore Dei educati iuxta illud: o quam pulchra est carita generatio cum charitate, Porro Adelbaldus in iteru malevolis, quibus illud coniugium dissipuerat ex insidiis est interfactus. At Rictrudis hoc perculsa dolore S. Amandum Præfulem consulit de alio vitæ statu ineundo, qui ipsi inculcasbat illud Apostoli: Beator erit, si sic permanecrit secundum meum consilium, interim eius propo-

**Cedes
Adel-
badi a
male-
volis.**

s. Cor. 7

propositum, labefactatur Regis hortatu vrgentis,
vt cuidam ex optimatibus nubat, at ipsa munuerat
se quatuor virtutibus, quas Ethici cardinales
vocant, iustitia, per quam Deo magis, quam ho-
minibus obedias, fortitudo, per quam nul-
lis cedat aduerlis, prudentia, que regis indigna-
tionem amoliatur, temperantia, qua se intra mo-
destiae & humilitatis limites contineat. Itaque
via consilio sancti Amandi ad tempus dissimulat
propositum, spondetque regi, se ex eius consilio
facturam, quod sibi conducibilius videretur.
Postmodum regem cum optimatibus inuitat ad
prandium in prædio suo: & inter epulas fiden-
ter regem interrogat, an pace sua sibi liceat in ædi-
bus suis facere, quod velit? Annuente rege ni-
grum velum à S. Amando ad hoc consecratum
e simulo depromit, & capiti suo imponit. Quo
viro rex subiratus discessit, at illa deposito ve-
litu pretiolo, quo viro placuerat mæstum in-
duit atrumque habitum, designantem interio-
rem pœnitentia luctum iuxta illud: Beati, qui
lugent, quoniam ipsi consolabuntur: & vt
quondam expertas corporis voluptates, & mo-
lestas dæmonum profligaret vexationes, in pre-
ces continuas, & immodica prope ieunia incu-
buit, carnemque alpero cilicio domuit, iuxta
illud: ego cum inibi molesti essent, indec-
bar cilicio, & numiliabam in ieunio animam
meam, & oratio mea in finu meo conuertetur.
Porro filius eius Maurontas institutione sancta Proles
sanctorum in viam salutis deductus Leuita & Rœtruo
Abbas dis pœ.

*Velum**consi-**nentia**amata**Mat. 5.**Ps. 34.**Proles**Rœtruo*

Exempla de Coniagis.
Abbas factus est Simili institutione reliquæ filie
pietate & castitate floruerunt Clotsendis post
obitum mater eius monasterii moderatrix, &
Eusebia bona Deicultrix, & Adelfendis.

Martyrium S. Stephenæ re& nomine ex-
emplo S. Victoris coronatæ ex Sim. Mo-
naphr. cui eoncordant antiqui manu/cru-
pti codices, sicut & in aliis permul-
tis historiis.

Sur. Tom. 3. 14. Maii.

CVM S. Victori, qui varios cruciatus patientiis
& miraculo vicerat, ad extreum cutis pa-
lam detraheretur, tunc militis cuiusdam vxor, Ste-
phana nomine, cum ille præsens esset annos xvi
nata voce magna claimauit: Beatus es Victor, &
beata sunt opera tua sancta. Sacrificium tuum
Deo acceptum est, ut Abeli victimam, quoniam
te ipsum obtulisti recto corde. Sic Deus te ac-
cepit, ut Enoch virum iustum, qui translatus est
ne gustaret mortem, quod certum tempus præ-
tierit. Iustus es, ut Noe bonorum operum fru-
ctibus resertus. Credidisti, ut Abraham, obtul-
sti te Deo, ut Isaac, tentationes sustinuisti, ut Ia-
cob, sapiens effectus es, ut Ioseph, cui rerum futu-
S. Vi-
loris rarum prænotio concessa est. Certamina ipsa, vi-
virus. Job, fortiter sustinuisti, qui multas tentationes
percessus hostem diabolum superauit. Esaiam x-
mulatus

mulatus es, qui à Rege Manasse medius sectus est.
Te ignis flamma non attigit, quemadmodum nec
Nebuchodonosoris flammæ tres illos pueros at-
tigerunt. Spem tuam in Deo ipso collocasti, sic-
ut David filius Iesse. Vidi duas coronas ē cælo 2. *Coro-*
dimissas, vnam maiore alteram minorem, & ma- ne u-
iorem quidem illam tibi allatam ab Angelis duo- *triusq[ue]*
decim, minorem verò ad me missam audiui. Nam
etsi vas infirmum ego sum, nihilominus tamen &
ipsa parata sum certamen subire, ac cælestè regnū
assequi studio. Hæc cum Dux Sebastianus audi-
uisset, valdè iratus est, & iuskit fæminam illam ad
se adduci, quam sic affatus est: Quænam es tu?
Christiana, inquit illa, ego sum. Tum Dux ab ea
quæsiuit, quot annos nata esset? Cui Stephana, se
quindecim annos & menses octo natam esse re-
spondit. Quæsiuit præterea dux, quam diu vi-
xisset cum viro, quo cum iuncta fuerat. Cui re-
spondit illa, se annum unum & menses quatuor
cum eo vixisse. Et quare, inquit Dux, tam citò
*mundum reliquisti? Ad hæc ita Stephana: Reliqui *Cause**
*brœuem & fragilem hæius mundi decorum, & ter- *spres!**
renas ac fallaces corporis voluptates, vt fidenti a- *mundi.*
nimo Saluatori meo Christo, quem expectamus,
occurrere valeam, illi videlicet Diuino & Cælesti
sponso: terrestris enim sponsus ad tempus est &
mortalis. Tum Dux: Desistas, inquit, ab ista nu-
gacitate inutili, & ab Deos accedens illis sacrifi-
ces, ne nouis & grauioribus tormentis te crincia-
ram consumam. At illa dicit. Ego vocor Ste-
phana, cui corona in cælis reposita est. Quamob-

rem sacrificia ista vestra non offeram, vt à vero
illo certaminum præside Christo coronam reci-
pere possim. His auditis dux ille furore nimio sue
census iussit Stephanam duabus palmarum arbo-
bus incuruatis alligari, & repente arbores illas di-

**Occidi-
ens.** mitti. Quo facto bellatrix & martxr Stephanam
duabus illis palmis in duas parte diserpta est. Ita
que in pace martyrum perfectè in Christo com-
pleuit. Sanctum verò victorem iussit securi percu-
ti, postquam oratorum mortem post 7. ipso rum
post 12. dies futuram & captiuitatem Ducis post
24. prædixisset.

Elogium S. Margaretæ non modò piissimæ coniugis Scotiae Regis Malcolini, sed etiam sapientissimæ & efficacissimæ Reginæ in promouendo regis & ad ministrorum eius & populorum officio, pietate & salute.

Sur. 10. Iunii.

S Margareta filia fuit Eduardi Angliae regis & Agatæ filiæ imperatoris coniugum: quæ iuuenula sobrietatis & Diuini amoris, insuper & lectionis piæ studiosa fuit. Suorum tandem magis, quam sua voluntate, imò Dei ordinatione Regi Scotorum Malcolino in matrimonium collocatur. Vbi licet ea quæ mundi sunt agere compelleretur, attamen mundi rebus & desideriis in hærcræ

hæc contempnit: plus enim delectabatur bone S. Mar^{ia}
 opere quam diuitiarum possessione. Omnia quæ *garata*
 decebant prudentis reginæ imperio agebantur, *privata*
 eius consilio regni iura disponebantur, illius in-
 dustria Religio Diuina augebatur. Nihil illius fi-
 de firmius, vultu constantius, patientia toleran-
 tius, consilio grauius, sententia iustius, colloquio
 iucundius. In loco, vbi nuptiæ eius fuerant ce-
 lebratæ in honorem S. Trinitatis nobilem Ec-
 clesiam construxit, eamque variis magni pretii
 ornamentis decorauit: in quibus ex solido & pu-
 ro auro, & argento viua non pauca suisse constat.
 Crucem quoque contulit, quam auro & inter
 lucentibus gemmis vestiri curauit. In aliis quo-
 que quibusque Ecclesiæ deuotionis suæ signa re-
 liquit. Tanta verò inerat es cum iucunditate
 seuerias, & cum seueritate iucunditas, ut o-
 mnes, qui in eius erant obsequio, illam & ti-
 mendo diligenter, & diligendo timerent, at-
 que in eius præsentia non solum nihil execra-
 dum quisquam ausus esset facere, sed neque tur-
 pem proferre sermonem. Liberos suos diligen-
 tissimè nutrici, & honestis moribus institui vo-
 luit, eosque coram ipsa saepius adductos fidem
 Christi docuit, utque illum semper timerent,
 accuratè admonuit. Timete, inquit, ô filii Do-
 minum, quoniam non erit inopia timentibus
 eum: & si dilexeritis illum, præsentis & æternæ
 vitæ felicitatem rependet. Hæc matris desideria,
 hæc cerebra admonitio, hæc pro sua sobole quoti-

Dona-
rsa tē-
pli-

Pro-
lum
reclā
insti-
tio-

diana erat cum lacrymis oratio, ut suum creatorem agnoscerent, agnoscendo colerent, colendo in omnibus diligenter & diligendo ad cælestis regni gloriam peruenirent. Nemo illa ingenio erat præstantior, nemo eloquio illustrior: regem ipsum ad iustitiae, misericordiae, eleemosynarum,

Regie aliarumque studia & actus virtutum instigavit
compar & Deo cooperante obedientissimum rediicit
virtutum Videns enim ille in corde eius revera Christum
et studiorum. habitare illam quous modo offendere formidabat, votisque eius & consilia in omnibus parere studebat. Quæ respuit illa, ea & ipse respuere, & quæ amabat illa, ea ipse itidem amore illius amare solebat: delectabatque illum manibus contrectare & osculo venerari librum, ex quo regina precari consuevit. Rege cum magno comitatu aliquo proficidente omnes comites & satellites

Coercebat eius tanta severitate coercuit, ut nullus quicquam aulicos rapere nullius rusticos, vel pauperes quoslibet audere, vel opprimere auderent. Tanto autem scilicet S. Regina omnem mundi pompa spreuit, quanto maiori cum tremore districtum iudicium ante mentis oculos sibi indesinenter representabat. Crebro etiam confessarium suum rogabat, ut quicquid in ipsis dictis & factis reprehensione dignum iudicaret, id cum reprehensione

Qualiter ne secretò ipsi indicare non dubitaret. Quod cum vellere illerarius & remissius, quam ipsa velleret, ficeret, confes- importunam se illi ingerebat somnolentum & jarium sine salutis incuriosum, ac negligentem vocitans ipsam Corripiat, inquit, iustus in misericordia, & incre- man- pet,

fistamus

pet, me: oleum autem idest adulatio peccatoris, non impinguet caput meum. Reprehensionem sui, quam alius accipere posset ob contumeliam, illa ad virtutis profectum expetebat. Malum aliquem si vidisset, admonebat, ut ad meliorem frugem se reciperet: bonos hortabatur, ut studenterent fieri meliores. Cum autem in Scotia contra vniuersalis Ecclesiæ consuetudinem sanctam multa i'licita fieri videret, multis consiliis ad veritatis viam errantes reducebat. In quo consti. etu rex Abus-
iple præcipuus ei adiutor erat, quicquid in hac *suis sol-*
causa illa diceret, & dicere & facere paratisimus: us regis
qui quod perfectè Anglorum idioma æquè ut *autho-*
proprium calleret, vigilansissimus hac in re v-ritate
triulque partis interpres fuit. Itaque hoc tan- & Sjo
quam indubitatum præsupposuit non oportere *nada-*
nouis & peregrinis institutionibus Catholicæ Ec-
clesiæ alumnos ab ea disrepare. Itaque, primò,
quadragesimale ieiunium ad exemplum Christi
quadraginta dies ieiunariis institutum à Die Cine-
rum inchoari à ieiupio sex dies dominici incom-
pletum id relinquerunt. Secundò recusantes in
paschate Synaxin de more sumere ita redargue-
bat, ut probaret eos solo ea indignos esse, qui nec
separarent illam ab aliis escis, nec confessione ab
inquinamentis seclerum purgati acciperent: cum
ex aduerso pænitentia, ieiuniis, eleemosynis lacry-
mis à sordibus peccatorum se synaxi paschali con-
dignos præstarent. Tertio dici dominicæ pro-
phicationem per opera Teruilia ex præscripto
D. Gregorii Pontificis summi & vniuersali itidem

116 Exempla de Coniugis.

Ecclesiæ consuetudine prohibuit. Illicita etiam nouercarum coniugia, & fraterna post fratrū mortem, & alia multa quæ contra morem Ecclesiæ inoleuerant concilio damnans de regni finibus extirpauit Quot illa quantisque lacrymis næuos apud Confessarium expiauit? Qua gratia de cœlestis dulcedine patriæ verba fecit? Quot post se trahebat miserorum, orphanorum, viduarum greges? quot captiuis libertatem restituit? Quot pauperes suis manibus cum rege pauit? quot eorum pedes lauit? Quam assidua pietate nocturnis ad instar Cleri precibus sacrificiisque Diurnis aſcultandis insistebat. In Ecclesia nemo illa silendo quietior, nemo orando attentior. Nihil vnguam vel ſeculare vel mundanum illic loqui, nihil terrenum agere, sed tantum orare & lacrymas fun-

Tempeſtate ſolebat. Sumebat deinde cibum non ut devantia. lectioni acquiesceret, ſed tantum ut vitam ferueret. Erat verò eius refectione tenuis & sobria, & queſuriem potius excitaret quam extingueret: videbaturque non tam sumere, quam gustare cibum: & ex inedia aſiduum morbi cruciatum incurrit. Cum autem ad extrema vetgeret, & cum confefſario, qui erat ſecundus Prior Dunelmie, deneceſſarii sermonem pertexuifet ita ait ad eum: Vale: ego poſthac diu in hac vita noua ſubliſtam: tu verò paruo poſt me tempore viues. Duo ſunt autem, quæ à te poſtulo: vnum, quoad vikeſris, mei in missis & orationibus tuis meminifſe veſlis: alterum, ut liberorum meiorum curā habeas, amorem eis impēdas, Deum præcipue timere eos doceas;

Curia
mori-
tura
pro li-
beris.

doceas, & cum ad culmen terrenz dignitatis quē
libet eorum euehi conspexeris, illius vel maximē
patrem simul & magistrum te exhibeas admonē-
do, & vbi res postulauerit, etiam obiurgando, ne
propter mundi prosperitatem æternæ vitæ felici-
tatem sua negligentia amittant. Dimidio post hæc
anno ingrauescente morbi molestia ratō è lecto
surgere potuit: quarto autem ante obitum suum
die, cum rex Malcolinus in expeditione esset, tri-
stior solito effecta assidentibus dixit: Fortè hodie
tantum mali regno Scotorum accidit, quantum
vix multis retrō temporibus. Post dies aliquot, *Regis*
codem, quo dixerat, die regem cum filio Eduar- *mors.*,
do occisum cognouit, quem illa ceu futurorum
præscia, multum prohibuerat, ne quoquam tunc
cum exercitu progrederetur. Post aliquot dies
vehementius morbi molestia urgente crucem
Scotiæ Nigram, quam semper in magna venera-
tione habuit, amplecti, exosculari oculos faciem-
que crebrō illa signare curauit. Interim à filio
Edgaro ex prælio reduce de morte regis didicit,
licet ille inuitus, nec nisi à conscientia compulsus fa-
teretur, gratias itaque Deo egit, quod eiusmodi
patientia ante mortem quibusdam peccatorum
reliquis, vti sperarat, liberatam se putarat:

Denique in oratione animam
Deo reddidit.

* *

*

•

K 4

Elo:

*Elogium S. Iulittæ cum filio S. Quiric
Martyrio coronatæ. Ex
Metaphr.*

Sur. 16. Iun.

Iulitta. **I**Conii in Lycaonia fuit in Christianos tempor Diocletianæ acerbitatis clarissima odio superstitionis & amore virtutis, quam non generis splendore, quo non carebat, nec fortitudine corporis metiebatur, sed sincero cultu Dei & animi contra omnes aduersitates robore, quas tamen ut prudenter declinaret non frera sexus, aut parum aliis infirmitate se cum filio Quirico laetante (nam pater paulò ante maturè decesserat) Seleuciam migrauit facultatibus in patria desertis, vbi nec propter saevitiam bestialium Tyrannorum, nec Tarsi, quò secesserat, ob splendorem virtutum vix occultabilem statim in hostium occursum incurrentem diu latere potuit, ad tribunal vocatur: nec sane tam vitæ cupida, nec salutis filii adeò immemor & aliena fuit, quia se onerata filio clara voce Christianam, & ad omnia superflua paratana profiteretur. Nervis igitur bubulis iussu præfecti laceratur, qui interim puerο in vlnas sublatο pietatem veram blanditiis verborum & osculorum excantare tentabat, quo nihil effecto eum restitantem geniculis, & vnguiculis pungentem terræ alligat ab alto, ut distracto corpore animam redderet, at mater cum Deo pro

*Euge
prudēs
perse-
cuto-
ris.*

*Timo-
rus ex-
pers.*

pro filii victoria, gratias agebat; tunc ad glorio-
fiorem & desiderio anhelabat, & robur precibus
petebat, nec Tyranno insultare verebatur. Quo
is irritatus eam iubet è ligno suspensam ferreis pe-
tinibus laniari, & pice ex lebete bullienti hausta
vulneta perfundi fortiter inuocato nomine S.
Trinitatis omnia sustinentis. Denique gladio cæ-
sa ad æternitatem Brauii euolauit.

S. Paulini Elogium continentiae cum
coniuge, virtutis & scientiae ex-
S. Gregorio Turoz
nenſi.

Paulinus fundorum & domuum possessione
locuples fortitus est coniugem sibi similem
Therasiam. Hic auditis verbis Dominis vade &
vende omnia, quæ habes, & da pauperibus & ha-
bebis Thesaurum in cælo & veni & sequere me:
& facilius est camelum intrare per foramen a-
cus, quam diuitem intrare in regnum Dei, cuncta
statim vendita pauperibus erogauit. Instanti pro
stipe iussit coniugem panem vnicum, qui ex o-
mnibus supererat, dare: qua tergiuersante super-
uenerunt nuncii de appulsi nauis annonam ve-
hentis tardiore tamen ob alterius nauis interi-
tum, quod Paulinus damnum acceptum retulit
coniugis inhumanitati negantis ante panem pau-
peri. Huic in exteris regionibus cum coniuge
peregrinanti & ab Instituto agnito desertur No.

*Expe-
dit se.
impedi-
mentum.*

Ianus Episcopatus opibus abundans, quas pauperibus communicavit, coniuge ab eo non discedente humilitatis assidua assecula, ut dignus esset exaltatione Diuina, miræ prudentiæ, raræ eruditio[n]is.
Sapiens vtpote Rheticis instructus literis, vt scripta quæ ad nos peruererunt comprobant, & alia ad lios solutæ & ligatæ orationis missa rap[er]odia, inter quæ fuit vita S. Martini versu conscripta qnem cum S. Ianuario defunctum iam pridem illuminato ab ipso oculo confexit. Sit hic sanctum documentum beneficentia in egenos à Deo remuneratæ, qui aliis nequiter desiderata subtrahit.

Elogium B. Matronæ Mariae Ogniacensis post annos paucos contiuentiam cum viro piissimo professæ, & memorabili virtutum & miraculorum serie in vita ornatisimæ authore Iacobo Vitriaco Cardinali.

Sur. Tom. 3.

Nuellæ in Brabantia nata est Maria Ogniacensis parentibus mediocris abundantia quæ Dei amore mature cœpit accendi & respuerit oblatum etiam comptiorem vestitum, & non alicui rerum copiis, sed precibus, quas tanquam prioritias flexis genibus Deo offerebat, & Cisterciensium resigiosorum mirata habitu prætereuntium vestigiis, cum aliud n[on] requiret, insistebat. Quæ quidam parentes et si non carpebant, non tamen vti debent.

bant, suspiciebant, aut promouebant, sed pia qua-
dam inuidia, ut videri volebant, eam nubilem 14.
anum transgressam adolescentis coniugio de-
uinixerunt. Tum verò illa iuncta quomodolibet
viro, & hac occasione separata à parentum conui-
tu, tanto feruoris excessu inflammata est, adeo-
que corpus suum castigauit & in seruitutem re-
degit, ut non rarò, cum iam magnam noctis par-
tem laboribus manuum impendisset, deinde in
preces admodum prolixas incumberet: quod
porrò reliquum erat noctis spacium, id quoties
liceret, in afferes, quos clam in extrema lectuli
parte absconderat, se reponens exiguo somno
transmitteret. Cum autem propriam corporis po-
testatem palam non haberet, funem asperrium
secretò sub subucula gestabat, eoque corpus suum
mirè constringebat. Quod non idcirco hic com-
memorare volui, ut probem excessum, sed vt eius
feruorem indicem. In his verò & plèrisque aliis,
quæ singularis gratiæ priuilegio illa fecit, prudens
lector meminerit, paucorum priuilegia non ef-
ficere legem communem. Itaqueque virtutes e-
ius imitemur, actus autem virtutum eius absque *pla SS.*
priuata quadam prærogatiua imitari non poteri-
mus. Etsi autem cogendum est corpus, ut fer-
runt ad uiat spiritui, dandaque nobis opera est, ut stigma-
ta Domini nostri Iesu Christi feramus in nostro *virtu-
tis ne-*
corpore: attamen non sumus ræscii honorem *cessita-*
regis diligere iudicium, nec gratum esse Deo fa-
tem nō
crifcium de rapina pauperis: Nec debemus pau- *exces-*
peri & miseræ carnis subtrahere necessaria, sed sum vel
vitia defectus

vitia coercere. Quod verò sanctos quosdam et familiari sancti Spiritus consilio fecisse legimus admiremur potius, quam imitandum suscipimus. Cum autem non multo tempore cum nuptio suo Joanne in matrimonio ita vexisset, respergit Dominus humilitatem ancillæ suæ, exaudiuitque lacrymas supplicantis. Quam enim habet enim uxorem habuerat Ioannes, eam ex insinuatione Diuino habuit postmodum Mariam comedunt cum cōsuete. Casto castam Dominus commendauit ancillam, ut pro solatio haberet custodem.

**Pactū
contingentie
cum cōsuge.** Itaque sociam suam in sancto proposito & religione imitatus omnia sua pro Christi amore in pauperes erogavit. Quamobrem etiam Dominus ancillæ suæ in visione promisit, se eum secundum in cælo inuenturum. Erubescant hic & expauecant infelices, qui extra matrimonium illuc citis se commixtionibus polluant, quando ambistī beati iuuenes etiam à licitis amplexibus causati Christi abstinentes feruentis adolescentiae impetu seruore religionis superarunt, ignem igni creinxerunt, & coronas triumphales meruerunt. Itaque dedit illis Dominus in domo sua & in misericordia suis locum & nomen melius à filiis & filiabus quando quidem instar beatorum Martyrum in igne non ardentes, in voluptatum copia propriam voluntatem maestantes, apud flumum sitientes inter epulas esurientes carnes suas confixerunt clavis timoris Dei: Imò verò Christi amore penitus abiicientes leprosis quibusdam apud Niveliam in loco, quem Villenbroc dicunt, aliquando

Ef. 56. ris suis locum & nomen melius à filiis & filiabus quando quidem instar beatorum Martyrum in igne non ardentes, in voluptatum copia propriam voluntatem maestantes, apud flumum sitientes inter epulas esurientes carnes suas confixerunt clavis timoris Dei: Imò verò Christi amore penitus abiicientes leprosis quibusdam apud Niveliam in loco, quem Villenbroc dicunt, aliquando

**Timor
Dei.**

diu inferuerunt. At homines sacerulares & co-
gnati infrenabant, & quos antea diuites honore *vium*
fuerant prosecuti & coluerant, iam Christi causa *indicia*
pauperes sua sponte effectos irridebant, & asper-
nabantur. Sed o matrona, an te putas iam demum
destitutam amore consanguineorum? Imo vero
nunquam illi te dilexerunt, sed tua. Ut enim mu-
scæ mel, cadavera lupi: sic prædam sequitur hæc
turba, non hominem. Fuit autem matrona in
omni virtute mirabilis, nam quandoque confi-
deratione beneficiorum nativitatis & pauperis
Mores
Christi tempore sacrificii incruenti vix singul-
tum potuit continere, lacrymis transeuntis pau-
mentum madescebat. Sacerdoti tanto dolore &
pudore maculas tantum veniales aperiebat, ut
clamorem sistere nequiret subinde. Memor illius, *Ec. 19.*
qui modica negligit, paulatim decidit, ne verbū *Mores*
quidem ullum aut aspectum inordinatum, nec in *in pia-*
inhonestum corporis habitum, nec risum immo-
blico.
deratum, nec indecorum corporis gestum præse-
tulit, aut incurrisse visa est, vesperi accurate ex-
aminabat seueritate adhibita tam in examine quam
in pena à se reprehenda si vel in minimo se modū
excelsisse deprehenderet magno cordis dolore
confessura. Perfectè seipsum abnegauit. Non so-
lum enim aliena abnegauerat, nihil eorum appe-
tendo, nec sua duntaxat, omnibus illis nuncium *gatio*
remittendo: nec modò corpus illud affligendo, *sibi*
sed seipsum etiam propriæ voluntati penitus va-
le faciendo, & alienæ per obdientiam se submit-
tendo: tulit crucem suam corpus inedia & absti-
nentia

224 *Exempla de Coningis.*

nentia castigando: Christum secura est per humilitatem se abiiciendo. Gustato autem spiritu omnium carnalis delectatio ei despicebat; adeo ut memorem vini & carnis in aegritudine sumptus, spiritu quo scire nequiret, donec qualecumque delicias mirabiliter cruciatu compensaret: unica comeditione contenta erat, quae plerumque fructibus arborum herbis & leguminibus constabat, & atro, duroque pene cibario. Tam singularem a domino obtinuit orandi gratiam, ut diu noctuque inuisum aboratione spiritum aut nunquam, aut raro relaxaret. Quotannis visitabat facillum S. Mariz Ognias, quo paulo ante morrem habitandi gratia se consultulit, duarum horarum spacio hyeme per asperiarum nudis pedibus sola ancilla comitata, & in ea perugil magna cum consolatione orandigna persistebat. Amico eius cuiquam subdolus & subtilis hostis diabolus sub specie pietatis familiariter in somnis apparebat nonnunquam quædam eius vitia reprehendens, ad quædam etiam faciens bona fraudulenter eum adhortans, ut prius tanquam antidoti cuiusdam falsa specie oblates posset occultius venenum instillaret: & sentim eum statrem illum perduxerat, ut res eius pessimum fuerint exitum habituræ, si non ancilla Christi fraudes spiritu cognouisset. Cum autem diceret homini illi revelationes illas non esse a Deo, sed maligni Dæmonis illusiones esse, illi verò ob experientiam beneficiorum & verarum prædictarum nun fiderenter contrarium sentiret, illa ad solitum precum arma confugiens non destitit, donec con-

actus sit veterator ad ipsam in cubiculo accedere,
cui sic ait: Somnium ego vocor: multis enim p̄z-
serim religiosis in somnis instar Luciferi appareo,
mihiq; obediunt illi, & ex meis consolationibus
animis effueruntur, dignosq; se putant, qui Diuinis
& Angelicis fruantur colloquiis. Amicum illum
meum, quem pro tua voluntate mihi abstulisti, à
bono proposito iam eram retracturus. Et id sanè
rei euentus docuit: sed oua aspidum rupta sunt:
& maligni illius fraudulenta consilia in lucem
prolata. Puella sanctimonialis ordinis Cistertien-
sis similiter tentata ut simplex, formidolosa, & ta-
lium temptationum imperita, quibus primò blasphem-
ias & fordidis cogitationibus vexata pñè ad de-
sperationem adacta, et si initio cum dolore resiste-
ret, nec interim vlli pectoris sui vulnus, ut medici-
nam acciperet, aperiret: Hinc effectum, ut fastidi-
ret etiam pauculas preces, pñitentiam & Synaxin,
imò & vitam & admonitiones, & diabolus multas
per os eius blasphemias euomeret. At cum frustra
pro eius salute forores ieuniis & precibus insta-
rent, deducta est ad Mariam: quæ humaniter ex-
cepit, fouit, consolata est & pro ea Deo assidue
supplicauit, nec tamen eam nisi 40. dierum ieu-
nio rādem liberauit coacto dñmone se victum fa-
teri & ad iussum Mariæ quocunq; abscedere. At
puella gratias egit Deo, confessa, & synaxin accepit
& ad monasterium rediit. Mediocribus vtebatur
vestib. & neq; affectatæ sordes, neq; exquisitæ mū-
ditæ ei vnquā placuere. Itaq; ornatū & sordes æq;
fugiebat, quod alterum delicias, alterum vanā glo-
riam

Vexa-
tio im-
porita
monia-
lis.

riam redoleat, eo igitur modò. quæ vellere agit
immaculati vestiebatur, quæ veste nuptiali intrin-
secus ornata erat, quæ Christum intus induerat
cultum vel ornatum externum habebat neglectum.

**Timor
Des.** Erat ei timor castus in corde tanquam falcia per-
etoralis, quæ cogitationes constringeret, tanquam
frænum in ore, quod linguam coiceret, in opera
ceu stimulus, ne desidia torperet, denique velut
norma & regula in omnibus, ne vñquam modum
excederet. Timor hic instar scoparum purgabat
cor & anitum à duplicitate, os à falsitate, opere
ab omni vanitate. Nunquam verbum sacerulare ab
eius ore, siue quod mundum resiperet auditum:
& vix periodum vnam inter loquendum absolu-
bat, quin Christum crebro intermisceret. Vere-
batur omnia opera sua prouidens dominum in
conspectu suo semper, atque in omnibus viis suis
cogitans illum, ne forte in aliquo ei displiceret.
Sciebat enim et si quis vetet grandia, posse tamen
arena paulatim obrui. Multi capilli Absolomi ab
arbore pendenti exilium attulere: & multa pecca-
**Multis
prodest.** ta venialia, dum ex contemptu placent, vel negli-
guntur, ad æternum interitum perducunt. Quot
præmonuit, ac præmuniuit? Quoties occulitos
malignorū spirituum laqueos amicis suis detexit?
Quoties pusillanimes & in fide cauillantes diuinæ
reuelationis miraculis confirmauit? An non vita
huius autorem monuit, cum vidisset marentem
& vertentem ne populo ingratus eslet conciona-
tor, ideoque multa congerentem, & postea ab au-
ditori.

ditoribus commendatum similitudine hominis
in nubilo tristitia bene capillati & adulatio-
nis radio elati? Denique ipsa cum vitam, instar alio-
rum sanctorum habuisset in patientia, mortem in
desiderio 36. etatis anno obiit.



EX TOMO IV. SVRII,

S. Theodorici post electum p̄e v̄su cons-
ingii castitatis decus & p̄emium &
ſponſe ad id conſenſum elicitum
facti Abbatis Elogium
ex M.S.

Ex Sur. i. Iul.

S Theodoricus in pago Remensi natus apud
B. Remigium est educatus. Eius futuram
sanctitatem hoc pacto Dominus ostendere vo-
luit. Fons quidem, postquam ex illo pannicu-
li eius adhuc infantis ablui c̄epere, nullis fōrdibus
potuit infici, quin liliorum gratissimos spiraret
odores. Postquam v̄erò pubertatis attigit annos,
voluntate parentum confensit in matrimonii co-
pulam, sed non ex animo. Cum enim sponsam Spon-
accepisset, multis hortabatur sermonibus ad amo- *sam ad*
rem sponsi cælestis & immortalis proposito p̄e- *contin-*
mio angelico. At illa contemni te existimans, *nem-*
L *cur, tiam.*

*A S.
Remi-
gio v.
xor in-
duc-
tur.* cur, inquit, despicias te amantem, cum nō sim igne-
bilis genere? Fortassis alia magis tibi cordi el-
& idcirco hæc mihi vana propenis. Hæc atque id
genus alia cum audiuimus Theodoricus, ad S. Remi-
gii profectus pias apud eum de sponsa queri-
monias deponit. At Remigius sapientissimo con-
silio iubet sponsam aduocare: venienti idem ipse
explicat, æterna vitæ præmia in virginitate per-
seuerantibus reddenda, docet virginitatem foro-
rem & amicam esse Angelorum. Tum illa de-
siderio vitæ æternæ incensa pollicetur seruare in-
se integritatem pudoris, ut possit adhærenter
Christo. Quare mirificè exhilarauit castum eius
sponsum Theodoricum.

*S. Monegundis Coniugatæ Elogium ex
Greg, Turonensi de vita patrum
cap. 19.*

Surii 2. Iulii.

*Tristi-
tia de
obitu si-* **B** Monegundis relicto Carnotene Vrbis
genitali solo B. Martini Basilicam, vt e-
ius miracula quotidianis momentis miraretur, ex-
petiit, hauriretque de fonte sacerdotali, quo pol-
let aditum nemoris Paradisiaci reducere. Hac
parentum ad votum copulata coniugio duas filias
habuit, quibus recreatae mundiale gaudium in-
tercepit sæculi huius amaritudo, dum puellæ mo-
liarū.

eluserant. Ex quo conceptam diu noctuque hærentem mæstitiam nec vir, nec amicus, nec vius propinquorum poterat consolari: metu tamen offensæ ob hoc beneplacito Diuinæ voluntatis se solabatur, exutaque ueste lugubri iussit sibi cellulam præparari, in qua tantum modò fenestram, per quam modicum lumen posset cernere, præcipit aptari: ibique contempto mundi ambitu & viri confortio, soli Deo in quo erat confisa, vacabat: fundensque orationem profuis ac populi delictis habens puellulam vnam, cuius ei famula. *Solici-*
tu ministrabatur aquæ necessitas, accipiebat etiam *tudo in*
farinam hordeaceam, infusoisque lymphis cineres *cellula,*
diligenter colans, ex ea aqua mixturam massæ
conficiebat, formatosque propriis manibus panes *Sobrie-*
ipsa coquens post longa ieunia reficiebatur: re^e 148.
liquum domus suæ cibum pauperibus dispensabat. Cum autem famula puella pertæsa ministrii
& parci cibi, & societatis apud alios inueniendæ
auida quinto dominam die sine consueta aqua
& farina reliquerat, fidens Domino, ipsa ad
preces se conuertit, protinusque nix de cælo deci-
dua humum opplenit: quod illa cum gratiarum
actione cernens educta manu per fenestram, quod
circa parietem erat, ex ipsa niue collegit, de qua a-
quam exprimens panem solitum formauit, quo *Mira-*
cultum.

usque ad alios quinque dies vietum mi-
nistrauit.



*S. Godeleuæ occasione desponsationis
ri nutu procuratum martyrium
ex Drogone Monacho
Gestelensi.*

Sur. 6. Iulij.

Bodeleua Deo cara secundum Teuto-
Indoles nicam linguam olim Galliæ & Hispaniæ
pueris- communem in pago Boloniensi Londefort nobis
ma. li loco nata florentibus annis iam maturos præ-
Spensi mores tulit, adeò, vt omni sanctitate & honestate
auerfa- prædita videretur. Cumque à multis coniux ex-
350. peteretur, Flander Bertulphus nobilis & clavis
auerfa- ardenter à parentibus petiti moribus à sponsa al-
lienis præditus. Traductum dein suas ædes osse-
rediens. auersatus triduanis nuptiis interesse noluit. Pol-
migravit, at ipsa irrcprehensibilis coram omnibus
studiosa operis & precum in dies sanctificatu-
Bertulpho patientia materiam ministrante per-
verniam, quem iussit ei malignè inferuire, parum
que panis statuta hora præbere: qui etiam eam co-
850. tumeliis, iniuriis, irrisiōibus exagitauit. Quibus
Patien- placide toleratis Bertulphus eam dimidiata anni-
850. na ad molestiam & murmurationes incitare pa-
rat, necem etiam molitus, ni generis nobilis
absterruisset, Godeleua igitur ad patriam dona-
reversa de iniuriis patri narravit: qui eos ad Ba-
duinum Flandriæ comitem desert, ipse verò
Nouis

Nouiomensem Antistem, ut in foro sacro causa matrimonii discussa, si opus foret seueritate, vindex esset. Promisit quidem metu pœnae Bertul- *Bertulo* phus sed saeuior effectus cunctis miserantibus for- *phus nio* tem Godoleuæ & diuinitus in ipsum animaduer- *hil mi-* ti optantibus, quod ipsa vetuit ex lege Dei, vetera- *tor.* tis maledicere, nubentis benedicere & orare pro persequenteribus. Ex hinc Bertulphus duobus fa- mulis suis ad necem eius usurpus simulat se reconciari velle, & fæminæ cuiusdam ad ipsam ducendæ remedii amorem restaurari. Quare serui ex con- *Cades* dicto (nam vir amoturus à se suspicionem homi- *S. Go-* cidi Brugas equo perrexerat) ad domum Godo- *doleua.* leuæ veniunt, eamque fraude eductam laqueo in- iecto strangulant, aquis immergunt, dein domum reportatam in lectulo reponunt. At locus sub- mersionis variis demum morbis medicatus est.

*SS. Rufinæ, & Secundæ, & Felicitatis
cum vii. filiis martyrium. Ex an-
tiquis Martyro-
logiis.*

Sur. Tom. 4. 10. Iulij.

Rufina & Secunda sorores ciuesque Romanæ Armentarii & Verini sponsæ, qui in persecutio- ne Valeriani & Galieni cum à fide defecissent, conati sunt sponsas eodem traducere, & accusatas Donato præfecto tradiderunt: qui Rufinam fru-

Conſta. in præſentia ſecondæ fororis flagellis ceditur ad
terrorem eius. At ſeconda pari fide & conſtantia
Victo- armata perſtitit. Quare ſtercoribus cruciatæ ſua
riape- odore, tenebris inclusæ lucæ, dolio feruenti inclu-
narum. ſæ vapore refoluto, ſaxo alligatæ enatatione ferua-
tæ ſunt. Deniq; capite cæſæ in Plautellæ matrone
prædio: cui apparuere & perfuſa fide ſepulchrum
ſibi petiere & impetrauerere, quod miraculis el-
fulit.

S. Felicitas ſub Antonino ſeptem filiis Christis-
titatis ſibiq; æterni triumphi gloriam peperit. Nam
caſtitas in viduitate permanens Deo ſuam voverat caſtis
ſtatim tatem die noctuq; orationibus vacans magnam de-
& con- fe ædificationem caſtis mentibus dabat: & coram
ſtāria indice ad pugnam & amorem Christi incitabat.
7. Filio Itaque libera rcfponſione ſe veros Christi athle-
rū mar- tas profeſſi primus plumbatis, ſecundus & terrius
tyrium. fufibis quartus præcipito interemptus, in quin-
tum, ſextum & septimum capitalis ſententia pro-
nunciata, materque capite eſt truncata.

S. Amelbergæ matronæ pium & Diuo-
rum fertile coniugium, conclusumque pa-
ri cum coniuge in votum monasticum
consensu. Ex M.S. codice.

Ex Sur. 10. Iul.

B. Amelberga illustrissimis orta natali-
bus, ſed quæ ipſos natales morum integrati-

tate ornaret, Sanctense oppidum iure hæreditario obtinuit, donec Cœnobiticis votis innexa est. Parentum verò orbata solatio, licet tenuera adhuc esset ætate, familiam hæreditaria successione ad ipsam deuolutam perwigili cura, *Familia* & multa comitate gubernauit, non quod ser-*lia cu-* uorum ac ancillarum numerosa turba, quam *ra.* mortales in præcipuis bonis numerant, delecta-*rebus.* tur, sed quod iniquum censeret, si paternas opes auare sibi vendicans quenquam illorum fa-*me & inedia confici pateretur.* Non erat illa *Matru-* dedita iocis puellaribus, non amatoriis capieba-*rias.* tur cantilenis, non quævis ludicra vel friu-*la* vel videre, vel audire cupiebat, sed cum Maria ad pedes Domini residens, quod actura esset, habitu & actu præ se ferebat. Interim to-*tius boni hostis diabolus pueræ admirans con-*tinuentiam eius parentes solicitat, ut nuptiis eam collocent. Indicatur igitur renitenti Maritus, *Nuptia* & tandem à Pipino S. Gertrudis Virginis pa-*innita.* rente V Vitgero homini præpotenti coniux tra-*ditur*, generis nobilitate pari, nec disparime-*ritis.* Ex ea verò natus est B. Adelbertus, si-ue Emelbertus Cameracensis Antistes, cu-*ius gesta plena miraculis adhucdum in eius Filius,* florent Ecclesia: itemque quatuor Deo dicatae sorores Reinildis, Pharaildis, Ermelendis, & Gudila, quam postremam cum vtero gesta, *Filie.* ret, angelica prædictiōne de eius castitate & sanctitate futura recreata, & deinceps sua con-

134 *Exempla de Coniugis.*

VVit-
gerus
Mona-
chus.
S. A-
melber-
ga san-
ctimo-
nialis.

secutura sterilitate, & mutuo cum marito in regula Monasticam consensu, pro qua gratificatione debitas Deo supplex gratias egit. Et quidem filiae omnes à regni proceribus in honestum expertitæ matrimonium Christi sponsi nexus præclusi tulerunt. Pater V Vitgerus maritus Amelberga iuxta prædictionem Angelicam Monasticae virtutis institutum complexus est, Amelberga à S. Auber- to velata sanctitatis opera cum inedia & afsidius precibus coniunxit, & denique labiis hos versiculos in agone susurrans (domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriae tuæ) finem viuendi fecit multis ad sepulchrum miraculis clarificanda.

S. Kanuti Regis Daniæ Elogium regale, & coniugale, ex
Saxone.

Suri 10. Julii.

Adole-
scentia
Kanu-
ti.

Redu-
etus fie-
re.

In signis adolescentia Kanuti Suenonis filii extitit in pyratis domandis, in perpetuis pro patria excubiis, in scruore militari, in diligentia, & indole præclara. Quare Heraldum fratrem primogenitum Suenone defuncto popularis fauoribus ad socordiam ducem recordem & inertem deligebat, solis Sicanis in probitatem, robur, & celeritatem inclinatis. Coactus igitur Kanutus tum vi proscriptionis, tum dissidentia fraternæ fidei profugus in Suedia tantisper hærere, donec

Heral-

Heraldi completo regni biennio ipse reuocatus,
orientale bellum, quod in adolescentia ortus, in
exilio auspicatus tuendæ potius religionis, quam
explendæ cupiditatis causa confecit. Confecto
bello, curorumque, Sembonum ac Estonum re- *Coniugio-*
gnis deletis, & hostibus sublatis nuptias circum- *gium.*
spiciens, finitamque coniugia obscura ac dignita-
te sua minora reputans præfecti Flandriæ Rober-
ti filiam Ethlam in matrimonium aduocauit:
ex qua filius ei Carolus obuenit. Cumque ma-
gnatum insolentiasolutos, habetatosque prisci iu-
ris neruos aspiceret, omnibus ingenii modis ad
reparandam patrii moris disciplinam connisus
probatoris iustitiae cultum seuerissimis edidit in-
stitutis, contumque & labentem æquitatis teno- *Refor-*
matio
seneca
regni
rem in pristinum habitum reuocauit. Non san-
guini, non neceſſitudini, quo minus iuste se gere-
ret, indulgentiam habuit: nullius amicitiae aut
familiaritati impunitatem iniuriae tribuit. Sed
omnia antiquæ consuetudinis momenta præcur-
rens, labefactatum iuris vinculum tenacissimo
nexu adstrinxit, ac paternæ seueritatis vestigia
solicitus usurpauit, coque studio grauiſ-

simas Maiorum offensas
incurrit.



Elogium S. VVandegrifili supremi gradus in dignitate, castitatis in desponsatione, Religionis in cœnobia, ex historia coœui.

Sur. 22. Iulij.

A Pud Virdunum VVandegrifilus prænobilis loco natus regnante Dagoberto nobilior fuit innocentiae studio & profectu. Adolescens militaribus gestis, & aulicis disciplinis prouectus Comes Palatii à Dagoberto iunctuitur, aliusque parentum nisu promotus negotiorum moli & multitudini mancipatur nusquam & nunquam intermisso pietatis studio iuxta illud, date quæ sunt Cæsari, Cæsarisi, & quæ sunt Dei Deo, erat in Deū. que liber ad arguendum, humilis ad obedendum, fide firmus, operibus bonis promptus, ore verax, iudicio æquus, consilio prouidus, bonitate conspicuus, charitate eximius in omnes & imitabilis, arguebatq; clementer & tolerabat patienter. Postmodum hortatu parentum illustrem puerum inuitus duxit illibato castitatis flore, persuasione. sitque eundem coniugi custodire spe confortii angelici purissimi in cælis promerendi, vt hoc ei daret responsi: Quæso inquit, nobilissime virorum, vt quæ ore promis, explere properes actu, & tecmetipsum à sæculi curis, meque famulam tuam castris committas regis perpetui. Itaque sensu castitatis inito se ordinu Cleri, ipsam sanctimo-

Prefe-
Etus au-
la.

Pietas
in Deū.

Virtu-
tes.

Consen-
sus con-
tinetia.

Et monialium societati mancipauit: in qua stre- *Sponsa*
nuè & constanter suimet custos tali enituit studio *pia mo-*
deuotionis, ut ad declaranda ipsius merita pluri- *nialis.*
mæ à Domino per eam patratæ dicantur virtutes.

At VVandregilus superatis diaboli impedituæ *Sanct.*
ri machinis distributis in cœnobia & pauperes o- *VVana*
pibus osor arrogantiae, amator religionis & con- *dregilis*
cordiae, custos oris sui, hilaris vultu, matus mo- *connec-*
ribus, abnegator sui, meditator legum Diuinarum, *satio.*
exemplo tardorum excitator, Cœnobiarcha ope-
re implens, quod, ore docebat deductus à sanctis
in Cælum est.

*S. Brigittæ Suedicæ Reginæ & viduæ
Virginale, Coniugale, & Viduale Elo-
gium Parentum & auorum, fratum &
sororum, filiorum & filiarum, & regni
laudi, & dignitati consentiens ex in-
strumento cannizationis &
alia edita histor-
ria.*

Sur. 23. Iulii.

S♦ Brigitta in regno Suedicæ orta potentia &
genere clarissimis, legis Diuinæ studiosissi-
mis, peregrinationis ultramarinae & aliorum
operum piorum sectatoribus parentibus, ausi,
proauis, Abauis. Pater Bergerus Australem pere- *Patrie*
grina- *Bergers*
pietas.

grinationem obiit obitus Iudaicam, nisi ex causa consilio summi Pontificis abstinuisset. Idem ipsi singulis vi. feriis peccata confessione piaculari humiliter expiabat testatus se eo die ad totius septimanæ patientiam prenumiri. Id ipsum imitatus filius flagellis post reconciliationem, ut carnem crucifigeret cum vitiis & concupiscentiis,

Matri se acerbè cedebat. Mater ex regia stirpe nō minus pietas. dote, quam fabrica non paucas erexit Ecclesias, quæ grauida in sinu maris naufragio, quo multi

Vaticini peribant, Henrici Ducis opera superstes sequenti *nia duo* nocte ab astante sibi regali ornatu induta audiuit. Sospes euasisti ob fructum, quem geris, quem ut à Deo datum enutries. Cum edita esset in lumen, vicinus integræ viræ sacerdos in nube lucida virginem cum libro effantem audivit: Nata est Birgerø filia, cuius vox mirabilis tota orbe auditur. Interēa mater eius Eleemosynis & bonis operibus semper dedita morbo correpta aliquot

Matri antè diebus prædicti obitum suum: inque agone felix astantes maritum & alios ita affatitur: Quid ita do-

mors. letis? Sufficiat hucusque prorogasse vitam. Gratali mihi potius debetis, quod ad potentiores Dominum euocata sum. At Brigitta piissimæ matrteræ tradita institutioni septennis à Domina nostra corollam oblata m suscepit capite. Nubilem licet optantem manere in cælibatu patet

Coniugium. Vlphonis Illustris adolescentis coniugio copulavit. Qui anno amplius pudicè transacto precibus Diuinum beneplacitum implorantes sobolem Deo seruituram expectabant. Exinde diebus quadrage-

Conti-

nentia.

dragesimæ, & solennioribus & feriis sextis ex
condicto continebant, q[uo]d tempore Brigitta clara
vestita in pavimento rapete instrato seorsim cu-
babat. Filii magna cura & diligentia disciplinæ & *Edn-*
doctrinæ adminiculis educabantur: D. quoque *cattif.*
Baptista Brigittæ his verbis locutus fertur; quia *litorum.*
plorasti, quod filius tuus offendit me non iciu-
nans in vigilia festi mei, malleisque ipsum seruare
mihi, quam regem esse, ideo eius adiutor & pro-
tector ero. Otii fugiens, ne satanae tentandi ma- *Cōher.*
teriam præberet, nunc manus cum honesto famu- *fatto.*
latu, nunc sacris exercitiis precum, lectionis sacræ,
Diuini in templis cultus se occupabat: Loca, leui-
tates & omnes personas vnde aliqua nota posset
aspergi, declinabat, ideoque honestatis studiosas
ancillas & comites semper penes se habebat, ne
cuiquam obtrectandi præberet occasionem. A-
mabat iejunia, & vigilias, abstinentiam delicatio-
rum citra viri aduententiam: eoque absente inter- *Opera*
diu & noctu veste aspera inducebatur. Quis satis *picta-*
enarret studium nutriendi, fouendi, pascendi gre- *tiss.*
gis infirimi & egenis cui domum cum famulabus
feminis deputabat, nec raro humillimè inservie-
bat? An non in partu cœlestè sensit subinde auxi-
lium? An non maritus eius vir strenuus & à con-
silio regi eius salutiferis, quibus pascebatur sermo-
nibus Dominico iugo, & congruis virtutibus reli-
licta aulæ vanitate se addixit? An non pariter S. *Vtrius-*
Iacobi in Hispania mausoleum venerati? An non que pe-
Atrebat marito ægro doleatis coniugis precibus regri-
S. Dionysius propitiatus vitam prorogauit? *natio*

An *Ómorø*

At non diuinitus didicit de Romano & Hierolymitano itinere & mortis tempore secururo? An non post redditum in patriam maritus cœnobita factus feliciter obiit, post que eius obitum piissima & celeberrima vidua vixit, victura in æternum cum Deo!

*S. Lupi cum coniuge pæctum continentie
vitæ honore, sanctitate, gloria denit
que cœlesti remuneratum.*

Sur. 29. Iulij.

S. Lupi **L**apus Leucorum oppido nobili loco natus post mortem patris Epirochii traditus est adolescentia patruo sfo, cuius suauis & ductu Rhetorica studiis imbutus eloquentiae fama per regiones istas inclaruit. Iuncta autem est ei matrimonio Pimeniola S. Hilarii Episcopi Arelatensis soror, quæ in ipsa iuuentute sensus maturitate polens pudicitiae semper amore flagrabat. Cum iam septimus coniugii annus volueretur, instigante Conti- Domino se ad conuersionem mutuis adhorationibus contulerunt. Itaq; S. Lopus translatu ad an- pæctum mi cultum vestium splendore, relicta paterna do- cum cœ- mo, cunctisque mundanæ cupiditatis vinculis dis- iuge. Sipatis Euangelicæ perfectionis feruens desiderio eximiæ claritudinis & virtutis Abbatem Lyrini B. Honoratum inuisit. Apud quem anno commo- ratus ieuniis, vigiliis, aliisque diuinis seruitiis se mancipauit. Vnde Matisconem redditurus, ut reliquias

quias opum pauperibus dispertere de improviso *Fit E.*
ad Vrbis Trecensi Episcopatum rapitur. Fuere au- *pisco-*
tem hæc eius promotionis primordia, vt ciuibus *pns.*
suis viam salutis semper concionibus fabris expli-
caret, & imperitos populi sensus Diuina lectione
institueret. Porro Clerum quoque suum, gratia
præeunte habenis iustitiae strenue moderabatur.

*Elogium S. Sophiæ piæ & constantis e-
ducatricis & seruaticis trium virginum
filiarum martyrum. Ex
Metaphr.*

Sur. 1. Aug.

Annuntiato vbique Euangelio Adrianus
Cæsar blanditiis & minis non desistebat su-
perstitionem protegere. Quo tempore Sophia I-
taliæ claro genere, clarior virtute orbata marito
cum tribus filiabus solis Fide, Spe, & Caritate ani-
mo & corpore speciosis vitam agitabat, & nequa-
quam errore seducta fuit, vt Iacob. 3. inquit: Quæ *Synce-*
desuper est sapientia, primum quidem pudica est, *ra pie-*
deinde pacifica, modesta, obediens, plena miseri- *tas.*
cordia & fructibus bonis. Matrem igitur & filias
Antiochus Vrbis præfetus desert Imperatori,
qui eas per apparitores vocat: nec illi discor-
di animo abnuunt venire, proque tribunali
stant inani timore deposito & signo crucis mu- *Septen-*
nitæ. At iudex vultus liberales, & oculorum *ne eus*
& habitus modestiam admiratus conuersus *dicit*
ad matrem de statu & religione interrogauit, *mater*
quæ & filia,

142 Exempla de Coningis.

quæ fidenter & verè professæ fidem. Tum filiis variis tormentis cruciatæ ad cælum euolarunt, quorum corpora mater sepeliuit & à Deo eandem gloriam per mortem petiit & inuenit.

Parentum S. Claræ pietas ex eiusdem vita iussu Alexandri IIII. Pontificis scripta.

Sur. 12. Aug.

Sainte Claræ Assisenatis patriæ & instituti. Francisci Sociæ Pater miles fuit, & tota vtroque parente progenies militaris. Domus abundans & copiose facultates. Mater eius nomine Hortulana fructiferam in horto Ecclesiæ plantulam paritura fructibus bonis & ipsa non mediocriter abundabat: inque coniugii & familiæ curis nihil exercitiorum pietatis omittebat. Transiit mare, vt loca & vestigia Christi incunuborum, passionis, & ascensionis veneraretur. In patria præter non procul dis sita SS. Apostolorum limina S. Michaelis adyta & templa religiosissimè visitauit. Prægnans de periculo sollicita cum ante crucifixi effigiem supplicaret, vocem alloquentem se audiebat: Ne pauas mulier: quia quoddam lumen salua paries quod ipsum mundum clarius illustrabit. Quod docta miraculo natam infantulam in baptismo Claram vocauit spe futuræ eius claritas recta & læta.

De S.

Matri
pietas.

Predi-
cio.

*De S. Helena Regina Constantini Mag
gni matre ex Eusebio
Cæsariensi.*

Sur. 18. Aug.

HElena, ut Deo gratum præstaret debitumque officium tum pro sua salute, tum filii Constantini Augusti, Nepotumque iam senio prouecta alacritate puellari Iudæam seruatoris impressam vestigiis inuisit, veneratione prosecuta est, monumentis templorum exornauit præser- tim loco natiuitatis, & Ascensionis: quæ dein filius regalibus donariis auri & argenti, & Aulæorum exornauit. Tam in vita sua tum verbis, tum rebus ipsis veros pietatis fructus, quos præcepta seruatoris peæscribunt, extulerat, ideoque eximium pietatis suæ exitum & remunerationem etiam in hac vita à Deo est consecuta. Nam omni oriente peragrato opibus pauperes subleuauit, afflictos ergastulis, vinculis captiuos eripuit, ordinibus miliaribus plurima contulit, ab exilio multos reuocauit, nudos vestiuit, oppressos ab iniuria vindicauit, vbique visa est Ecclesiam intrare, templaq; splendidis exornare monumentis, inq; ædes sacras vel in minimis vrbibus extructas suam benignitatem ostendere, eximioque apparatu admirabilis saepe versari cum multitudine, & verum cultum erga Deum omnibus piis vitæ officiis declarare. Itaque octogesimo ætatis suæ anno testa-

*S. He-
lene i-
ter ad
terram
S. &
gesta.*

*Opera
pia.*

M

mento

Mors. mento dispergitis filio & nepotibus opibus suis
quæ totò terrarum orbe suppetebant, filio sedulius
ip̄si inferuiente, & manus tenente ad meliorem fl̄
lum euocata est. Nam & filius eam cum iam at-
teā pietate minimè imbuta esset, itā piā reddidit
ut à primō tempore ætatis ab ipso Seruatoris op̄

Conſta-
ti-
lans. exornauit, ut & augulta vbiique diceretur, aureo
que numismata eius imprimenterunt effigie, &
thesauro regio pro arbitratu vtendi facultatem
concesserit, deniq; defunctæ tabernaculum splen-
didis exequiis decorarit, in vitaue & morte si-
gularem pietatem iuxta legis diuinæ dictamen
impenderit.

S. Radegundis Reginæ admirabilis n-
dicam magis quam inimitabilis in con-
iugio continentia è 2. eius uen-
scriptoribus.

Sur. II, Aug.

Patria. **R**adegundis nata Patre Berchario Rege To-
ringiæ : quæ occasione vastatæ per Gallo-
patriæ exul, cuius præda foret, inter victores con-
taminis causam præbuit. At cum cessisset in fo-
Edu-
catio. tem Clotarii regis, Atheis Viromanduæ in regi-
nutritur & custoditur villa: in qua literis imbu-
ta, & aliis puellarib; studiis martyrii, si detur op-
tio, appetens visa fuit: nec tamen in pace Eccle-
siæ do-

hæ domesticis caruit hostibus. Ibi puellula reli- Indo-
quias mensæ coœuis impertit manu sua lotis ca- let.
pitibus & sellulis dispositis. Altari tantam reue-
rentiam habuit, ut pauimentum circa illud suda-
rio tergeret, vestibus euerrcret, foris reconderet.

Cum verò rex eam sibi coniugem delexisset, Fuga
Atheis cum pueris nocte profugit, deinde Sueo nuptia-
sione quæsita odio regalis gloriae eausit. Tan- rum.
dem cum in potestatem regis concessisset, Dei
semp̄ voluntatem, & societatem prætulit, & ne
vinceretur regia consuetudine; sed arctius Deo
adhæresceret, Eleemosynarum se addixit studio Ele-
ita, vt hoc reputaret se perdere, quicquid pauperi- moff-
bus non dedisset, siue essent sibi communicata na.
tributa, siue decimæ, ita vt citius eas videre-
tur expendere quam recipere, nullum inanem
dimittere, ne ignotos quidem & remotos licet e-
remi in latebris reconditos deserere, vestibus et-
iam suis ornare. Quinimò Atheis domum ad Mini-
ornauit lectis & thermis, in iisque egenis & ægris steriū.
ministrabat, ipsam se inter regales epulas lenti-
cula & faba reficiebat clam aliis. Itentidem ab Sobrie-
ipſis mensæ ferculis proripiebat, vt laudes ordina- 146.
tas Deo psalleret, & de modo cibationis egenorū
inquireret. Cubili prætextu necessitatis deferto se-
cretō precibus super cilicum incumbebat frigo-
ris patientissima. Qua re iniuriam rex interpre- Ita Re-
tatus, quod sibi potius monacham, quam Reginam gis.
sociasset, asperius tractauit verbis & iurgiis. Tem-
pore quadragesimæ instar paupertatis cilicum ge-
stabant sub regia veste. Absente rege ieunio lacry-

mis & precibus tanquam, deliciis se reficiebat :
Reue- cella facibus nocturnis manu sua illustrabat. Ta-
rentia dius ad mensam progressa regis ad rixas prouo-
sacer- cabat, quas subinde rex aliis beneficiis compensa-
dotalis. bat. Gaudiebat mire, si à sacerdote vocato inuiso
 retur, ad cuius occursum reuerentissima, ad pul-
 uerem à pedibus extergendum promptissima, ad
 propinandum etiam inuito humillima, ad fal-
 tis verba abeo audienda obedientissima com-
 missa tantisper aliis cura domestica. Si quod ve-
Orna- lum, si quæ vestis, si quis ornatus recens speciosior
sum re- in tegumento pedissequis appareret, eis se inde-
spuit. gnam rata altaribus destinabat: pro mortis re-
 solicite deprecabatur: quorum semel aliquos pre-
Velum. cibus tam relaxatos sibi sistebat. Directa à Reg-
 enit ad B. Medardum Nouiomum, à quo re-
 luctante religiosum habitum postulauit, & acce-
 pit, à quo tempore præter legumina & olera non
Sobrie- pomum vel pescem, vel ouum, vel aliquid quid
tas. comedit: potum verò præter aquam mulier
 non bibit, non vini puritatem, non melliti decar-
 Etionem, non cereuisiæ mixtionem turbulentam
Largi- regalis verò vestitus auro, gemmisque conspicu-
tas. altaribus, diuersisque locis sacris & cenobiis, &
 alia insuper donaria dispertiebat non sine magna
 erga Diuinos Patronos reuarentia, & locorum
 in quibus coluntur, diuersitate. Paremin ego
 nos benignitatem, in ægros ministerium indele-
 sa adhibebat, nec à curatione miraculosa ægrorum
 abstinuit, sicut ne diebus dominicis à peculia-
 ratione collectorum pauperū, quam tame-
 nus

sua opera cæptam ancillæ prosequendam relinquebat ipsa ad orationem se referens, & sacerdotum in mensa accusum, quos sine munere non dimittebat. Dein Pi&tuii constructo monasterio adiunctis sibi multis mira humilitate, caritate, castitate, abstinentia florebat. Interim Clotarius *Rex* rex cum filio Sigeberto iter pi&tuium instituit re- *acquisitum* petiturus coniugem: quo ipsa cognito regis ani- *scit.* mum per interpellationem S. Germani Episcopi, qui cum rege tunc erat, mutare non destitit: cui & rex acquieuit se indignum tantæ fæminæ so- cietate ratus, veniamque petiit. At ipsa iam facul- faucibus erepta totam ad Dei famulatum se ap- plicat. Itaque eiusmodi studiis intenta, auctis vi- giliis perinde atque carceris se fecit sui corporis pernoctando custodem: & cum esset erga alios misericors, in seipsum secura & rigida fuit: aliis indulgens & liberalis, sibi ipsi dura abstinentia & parca, ita, ut non sat haberet corpus affccisse inedia & ieuniis, nisi etiam de illo triumpharet. Cum adhuc in regis esset aula, & extra eam pro pace regum & salute patriæ supplicabat, interce- debat, scribebat, processus interpellabat, & deni- que feliciter componebat. Oratorium, quod in aula regis extructum assidue triuerat, longo post tempore miraculis coruscum fuit.

*Erga
alios
laxior.*

S. Athanasiæ p̄ij parentes & coniugio
cupidinis exp̄ers. ex Sim. Metaph.

14. Aug.

B. Athanasia, quæ septennis psalterium editum
dicit, parentibus Nicephoro & Irena nobilibus & valde Deum timetibus in Iusula Aegina degentibus nata. Filia igitur solitaria cū telam texeret, vidit se cœlitus stella circa pectus illustrans quæ statim disparuit odio mundi ipsi inferto invito ut amore vitæ Monasticæ teneretur: quæ cogitantem parentes inuitam nuptiis adstringunt sedem tamen solos dies duraturis, quod vir Mauritius in repentina contra irruptionem Barbarorum excursione cœfus extingueretur. Recepta itaq; occasione & desiderio vita monastichæ rursum edito præsidis prouinciae, quo omnes cogebantur nuptiæ seu iunuptiæ nubere prouincialibus suis, aliceris vinculis copulatur animo in Diuinis cantibus & lectionibus immutabilis, ut & in mansuetudinis, humilitatis & benescentiæ studio, vt licet plurima teneret, plurima tamen expenderet tam in extremos, quam ciues, & dominicis diebus eodem ad se aduenientes per prælectionem librorum ad Dei amorem & seruitium, accenderet. Tali virtutum curriculo annis aliquo exercito viro demum non difficulter persuasit, ut amor cœlestis vita instituto Monastico se deuoueret, in quo sanctè & perfectè cum non modo verbo

Indoles.

Castigatio.

Alterae nuptiae.

Virtutes.

Viri cōfensus.

Ius esset, sed etiam excelluisset, è vita feliciter migrauit. Athanasia libertate potita, inuentis sui desiderii consortibus fœminis religiosissimis eis se adiunxit deposito habitu mundano & erogatis in pauperes opibus, quibus etiam licet inuita Athana præfæcta fuit, & mira abstinentia, vestium & *sæc. lana* strati asperitate, lacrymarum & vigiliarum, *inter* precumque frequentia, patientia & humilitate *sancti* insignis migrauit variis post mortem signis il- monia- lustranda. *les.*

*S. Mamantis Parentum pietas in coniu-
gio, & confors in Martyrio constantia.*

Ex Sim. Metaphr.

17. Aug.

THeodorus & Ruffina in paphlagonia patrii ordinis coniuges magno ardore Christum ciusque legem complectabantur, vt se ab eius externa professione non continerent, & non paucos ad eandem excitarent. Quare accusati apud Alexandrum Gangræ Vrbis legatum, qui *Paren-* potestatem ad puniendos, & necandos constan- *tum fi-* tes in fide Christianos habebat. Quod cum in *des.* patritios sibi sine peculiari Cæsaris licentia non liceret mittit eos ad Faultum Cæsareæ in Cappadocia præfidem sœuissimum eo loco & tempore persecutorem: qui & vtrumque in carcerem coniecit: vxor enim virum voluntariè secuta eti grauida. At Theodorus confusus imbecillitatis, ne fide & animo in suppliciorum acerbitate vacillaret

*Mors à Deo mortem ibidem petiit, & impetravit. Post
virtus hæc Russina carceris incommodis afflita, & im-
maturo edito partu vitæ finem exoptauit, & Dei
beneficio statim est consecuta. Infans verò solus
inter sacras parentum reliquias relictus Diuina o-
stensione piæ mulieri pariterque opulentæ com-
missus ab eadem non solum à præside impetrav-
tur, sed etiam in filium adoptatur, qui postea in
ludo litterario exemplum & lumen fidei cæteris
pueris fuit, & xv. ætatis anno variis suppliciis su-
perior & miraculis illustris martyr extitit.*

*S. Bernardi nobilium virtute & genere
Parentum pietas in sui tutela & recta
filiorum educatione, ex Abbe
VVilhelmo autore vitæ S.
Bernardi.*

Sur. Tom. 4. 20. Aug.

*P*arentes S. Bernardi tum genere tum pietate
nobiles fuere. Pater eius Tesselmus vir anti-
Laus quæ & legitimæ militiae fuit cultor Dei, iustitiae
in ordine tenax iuxta D. Ioannis Baptiste præscriptum à
ne e- concussione, & calumnia alienus, contentus sti-
guestri. pendii, quibus ad omne opus bonum abundabat;
& sic consilio & armis seruiebat Dominis suis, ve-
Laus debitum Deo minimè negligeret. Mater Aletho-
in fa- riunda ex castro mortis Barri & ipsa in ordine suo
milia Apostolicam regulam tenens, subdita viro do-
insti- mun
tutione

mum regebat in Dei timore, operibus misericordiae vacabat, filios in omni disciplina enutriebat. Sex marium, vnius fæminæ mater, quos Deo in partu oblatos in ordine cœnobitico dedicauit. Propter quod etiam alienis vberibus nutriendos committere refugiebat quasi cum lacte materno materni quodammodo boni infundens eis natu-
ram, adultiores domi non patiebatur delicati-
bus cibis assuefacere, sed communibus tanquam
eremo non curiæ præparandos. Hæc cum tertium
Bernardum haberet in ultero, visa est in somnio
sibi gestare catellum prorsus candidulum, dorso
rufum, & latrantem, quod illi consultus vir reli-
giosus declarauit, ne timeas, inquiens, optimi ca-
tuli mater eris, & qui domus Dei custos futurus
magnos pro ea contra inimicos fidei editura est
latratus. Erit enim egregius concionator, & tan-
quam bonus canis gratia linguæ medicinalis in
multis multis morbos curaturus est animarum.
Itaque hoc læta responso Deo eum destinauit,
puerulum iam idoneum magistris tradidit omni
cura adhibita, ut in literis proficeret: quod ipse
gratia & ingenio abundè supra coetaneos assequen-
s. Ber-
batur, pariterq; mundi abnegationem auspicaba-
nardi
tur: apparebat in eo studium simplicitatis, solici-
tudinis, charitatis, obedientiae, gratitudinis, vere-
cundiæ, pietatis. Adducta ad se mulierem è vul-
go, ut superstitione rythmo dolorem capit is eius
mitigaret, cum clamore & ira à se repulit, quo fa-
cto quasi impetu se sanum raperit. Eidem in no-
ste nativitatis cum aliis operienti publica officia

*De S.
Ber-
nardo
prædio
Elo.*

152 *Exempla de Coniugii*

& obdormiscenti Christus vti de thalamo æterno procedens & de virgine nascens instillans mysticam sapientiam & pietatem apparuit. At mater felicitatis filiis educatis quasi peractis omnibus, quæ sua erant, feliciter migrauit, quæ diu cum viro suo honeste & iustè vixit, & domi magis cœnobiticam quam mundanam vitam, & disciplinam institutam habebat in vietis parcitate, vilitate vestitus, abdicatisq; pompis, deliciis, & curis mundanis in ieiuniis, vigiliis, & operibus misericordiae diligens erat. Obdormiuit autem psallentibus Clericis & ipsa psallens. Demum inter Litanie supplications ad verba illa (per crucem tuam libera eam Domine) eleuata manu se signans obdormiuit.

S. Stephani primi Christiani & Catholicorum Hungarorum à se conuersorum regis cum Gisela coniuge Regina sacras tissimum & felix coniubium.

Victoria S. Stephani.

Deo ter opt. max. gentem Hungarianam misericordia primis Geisæ Ducis conatibus filii Stephani zelus implendis successit: qui syncerus Dei seruus & popularis salutis promotor esse nectantum videri velle studebat. Quare pace cum vicinis constituta, populum seditione incitatum contra se & ministros suos uno loco & prælio superavit, eorumque decimis tanquam præda canobium, & 10. episcopatus fundauit, fundatos discipili-

Exempla de Coniugis.

153

sciplinis, & præpositorum pia fidelitate & fideli *Regni*
pietate non sine nutu & autoritate summi Pon- *admis-*
tificis muniuit, totum quoq; regnum salutaribus *nistra-*
legibus & institutis, & ipse eximia prudentia & tio.
moderatione direxit. Porrò consortem regni *Coniu-*
*principiæ sobolis propagandæ causa sibi adscivit *ginn.**
Henrici imperatoris filiam Giselam, qui impera-
tor ob morum comitatem & mansuetudinem
pius est appellatus. Ipsa autem Gisela Chrifmate *Gisela*
*vñcta & corona regia insignita, qualem se præ-*coniua-**
*buerit erga Dei cultum ornandum, quam fre*gis pia**
quens benigna & liberalis erga Christo seruien-
opera-
tium congregations fuerit, multarum Ecclesia-
rum, præsertim Vesprintensis à se fundamentis e-
rectæ pretiosa, & artificiosa suppellex declarat. Regie
Ipse quoque rex inchoatos episcopatus amplitu- *erga*
dine iurisdictionis, & redditum, vt & cœnobia *Eccles*
munificè pro cuiusque necessitate & indigentia *siau* &
satis exornauit, annisq; singulis, quoad vixit, mu- *sacer-*
nera & oblationes semper auxit, ne aliquid ex- *dores*
trinsecus conquirere cogerentur, qui rebus Diu- *affe-*
nis peragendis præerant. Monachorum quoque *claus.*
viuendi modum nunc per seipsum, nunc per alios
accuratè inuestigans, desides arguebat, alacres &
vigiles charos habebat. Canonicorum ministe-
rium Episcoporum moderationi & circumspe-
ctioni sub Christi & Ecclesiæ testificatione com-
mendabat cum apostolo omnibus omnia
factus, vt omnes lucri-
faceret.

**

★

Feli-

Felicitum S. Audoeni Parentum felix triplex que coniugij fructus.

Regni Regis Galliae Clotarii anno xx. Suefione ex vnico coniugio Autho rii & Aiga producti sunt, Ado, Dado, qui & Audoenus, & Rado. Horum parentes non minus religione quam prosapia fuere illustres. Cuncta enim quæ quæ possidebant sive in fundis, sive in opibus in hospites, pauperes, peregrinos, Monachos summo studio conferebant, operantes quidem, ut Apostolus docet bonum ad omnes maximè tamen ad domesticos Fidei. Erat ambo fidei integritate puri longanimitatis spe præcipui, charitate non ficti, verbum vitæ aure percipere, & corde retinere sine fatigione satagebant, idque ab iis, quorum doctrinam & fidei puritas, & mōrum sanctitas commendaret. In eorum domo, non ut assolet in quorundam sæcularium coniugiis, mimorum vel histrionum carmina fæda, sed Euangelica, vel Apostolica, vel Prophetica personabant oracula. Illum diem sanctum & solennem duxere, quando aliquem Diuini verbi præconem hospitio recipere meruissent. Cum autem S. Columbanus Scotus venisset in Galliam ad Matronam amnem, ibi Autharium cum coniuge Aiga reperit, qui ab eis summo studio bengauentia susceptus, & tribus pueris salutis signum & effectum impertiri roga.

*Libe-
ralitas.
Gal. 6.*

*Devo-
tione
studii.*

*Prædi-
cio.*

rogatus prædictus eos religionis virtutibus eximios, & dignitate in aula regia fore glriosos.

Quod & ita factum, licet non eodem ordine & via.

Nam primogenitus Ado mundi obstatulis spretis De Ad-

Monasticam vitam de legit, & Fratris Audoceni o- done.

pe Lodoriense cœnobium non solum opibus, De Au-

sed etiam disciplinis Ecclesiasticis fundauit. Au- doeni

doenus Sigillo regio præfectus æquitate & consi. in aula

lio, quibus omnia negotia dirigebantur, tam Regi laude.

Dagoberto, quam optimatibus venerabilis. O-

mnia eius consilia ad vnicum fructum regis & po-

puli dirigebatur. Et alsiduè sanè hortabatur regē,

vt regem omnium Christum, sine quo nemo iuste

imperat, diligendo, timendo, cunctisq; eius man-

datis obediendo piè coleret, subditorum sibi po-

pulorum socium se potius, quam dominum exi-

stimaret, subiectis, parceret, debellaretque super-

bos: fines imperii ab hostium incursibus strenue

defenderet, imò verò ob abundantiorem Ec-

clesiæ Christi pacem eosdem fines etiam dilatare

contenderet, homines flagitosos, cæterosque in-

fames è regno exturbaret, Ecclesiarum & Clau-

ffitorum præcipuam curam haberet, pauperibus.

peregrinis, viduis, orphanis omnibusque necessi-

tatem patientibus piè subueniret, hoc dicens iu-

stum esse, vt cunctorum, qui eius ditione tenen-

tur, necessitati condoleret. Quibus monitis rex

non inuitus ad aures admisisse cunctis hostibus

fortior, & regno ante ipsum potitis felicior fuit.

Non defuit ei sodalis in Aula S. Eligius paribus

armis studio solutis populi & extinguendæ ha-

reticæ

DeRa. reticæ prauitatis decertans. Tertius Rado the-
donec. saurorum regiorum fidus custos & dispensator
erga Deum religiosus erga pauperes beneficus
in militia prouidus, in omnibus strenuus & dilige-
gens fuit.

*Elogium S. Ludonici Regis Galliae proprio
parentis piissimi filii, qui filiorum. & rei
gni & totius Ecclesiæ tutelæ & sa-
lutis fortem se præstitit
Athletam.*

Sur. 25. Aug.

Sudouicus natus Ludouico rege Christia-
niissimo Franciæ, qui in Albegetio & comi-
tatu Tolosano hæreticos oppugnauit, in redditu
autem lethali morbo correptus An. M C X X V I I
obiit, qui syncerus & constans fuit coniugalis fa-
dei seruator. In eius locum successit duodenarius
Ludouicus primogenitus, & corona donatus pau-
corum procerum lætitia & gratulatione, quod a-
lli ob mortem patris & regni desolationem lu-
gendum sibi potius putarent. At puer sanctæ In-
Institutio. dolis sub matris Blanchæ filiæ Castellani Regis
disciplina educatus, & consilio florentium tun-
S. Francisci & Dominici fratrū insigni magistro
erudiendus est traditus, sub quo tam in pietate,
quam literis egregie profecit, ab eoque tempo-
re, quo materna verba altius animo sibi inculca-
ta hau-

hausit, quibus mortem ipsius potius, quam mor- *Mausis*
tiferi sceleris telum in ipso mallet cernere, suæ *mons-*
innocentiae & immunitatis à tali scelere, non mo- *tum.*
dò diu, sed semper robustus custos est habitus.
Anno M C C X X X I V. consilio matris & proce- *Coni-*
rum duxit vxorem Margaretam Prouinciae comi- *giis.*
iis filiam, quo tempore plebs Gallica agrestibus
herbis famem sedare coacta, & Arsacidas senior
Assassinorum missis legatis Ludouicum claram
medio tollere conatus, animo mutato pacem
prætulit: & exinde rex penes se esse voluit, qui *Felici-*
clavas ferreas manu quaterent: Dein Hugonem *tas pa-*
Marchiaæ comitem consilium Anglicis auxiliis ad *cifican-*
fidem, quam deseruerat, belli terrore & clade re- *tionis.*
degit. Anno X L I I I. Rex Pontifaræ ex morbo
decumbens adeò extra se raptus est, vt multi *Mor-*
putarent eum planè obiisse. Sed ad se reuersus *bas.*
mox transmarinæ militiae crucem petiit & ac- *Expe-*
cepit. Curabat, vt liberos suos verbis & exem- *dito.*
plis ad amorem Dei, ad mundi contemptum, ad *Insti-*
fni notitiam instrueret: eis serta & rosas feria vi- *tutio.*
ob memoriam coronati Christi vetuit. Cum-
que non ignoraret à deliciis castitati, à diuitiis *Cause-*
pietati, ab honoribus humilitati magna impen-
dere pericula, sobrietati, humilitati, misericor-
diæ studuit à mundi carnis, & satanæ insidiis si-
bi studiosè assidue cauens: Feriis VI. ieiunauit
piscium & fructuum esu spredo etiam in ad-
uentu & quadragesima, vacabatque clandestinis
abstinentiis, vigiliis, & precebus. Quanto maior,
tanto erat humilior, & in oculis Dei sibi vilescebat.

Sab.

Sabbatis clam pauperibus ministrabat manibus
& pedibus lauandis & tergendis. In Syriam se-
cundo profectus primogenito Philippo & filii
sui imitationem in Ecclesia tuenda commenda-
uit. Pacificèque cum Regina prudenterque, & in-
ne personarum acceptione, iustè & diligenter cau-
sis excussis, legibus in blasphemios, usurarios &
alios pænalisbus latis & executis tandem apud
Tunetum in Africa diem clausit extremum.

*SS. Aurelii & Nataliae primordia, in-
crementa, consummatio coniugalis pri-
mum vitæ, dein continentia & aliarum
virtutum, & denique Martyrîi.
Ex Eulogio.*

Sur. Tom-4. 27. Aug.

*Aure-
lii Fi-
des in-
uisita.*

Regnante Abdirama Cordubæ Aurelius *
dolescens genere & opibus florens patre
gentili & matre Christiana orbatus et si Arabica
literatura imbutus nullis technis Dæmonum, ho-
minumque à Catholica veritate abduci potuit.
Hic cum crebra adhortatione propinquorum co-
geretur ad matrimonium aspirare, à Deo talem su-
bi virginem intentis precibus deposcebat, qua-
suis congrua moribus secretum suum tegere po-
set, faueretque mente & corpore cultori Dei la-
tentti. Nec multò post Nataliam decoram mo-
ribus & corpore virginem filiam pagani mature
defun-

*Conia-
gium.*

defuncti, & matris hinc nuptiæ occultè Catholico
duxit: cum eaque pari confortio per aliquod
tempus fidem Christi coluit. His Felix & Liliofa
coniuges societate fidei, amicitiæ, & familiaritatis
arctè iungebantur. Exactis aliquot annis Aure-
lius ad forum profectus Ioannem quendam vi-
dit (alibi, vt author ait, descriptum) multis con-
tumeliis & vinculorum pondere oneratum, nec *Exem-*
pænarū impetuosis labefactatum turbinibus cum pli vis
palma abscedere victorem. Huius exemplo mirè *ad mar-*
accensis & penitus confirmatus ad simile certa-
men subeundum domum reuersus ita compellat
coniugem: Fateor, mea coniux, me tuæ debere
caritati, acceptum referre, secundum Deum, quod
cum mihi viuerem & Deo mortuus essem, sedu-
lò ad meliora inuitatum, & in dies à vanitatibus
& voluptatibus monitione abstractum etsi pro-
crastinantem verba ad opus conferre, meditatio-
ne tamen tenuiter imbuisti. At nunc temporis
occasione inuitante commendationi tuæ assen-
tiendum & parendum est. Quamobrem primò
omnium munditiæ castitatis studentes vacemus
orationi, vt promptior & expeditior ad reliqua
pietatis opera sit progressus. Nec alio quam con-
iugalis continentia fædere iungamur. Assensit *Confeso*
mulier tanto alacrius & lætius, quanto improvi-
fo magis nunc vir & diu ipsa concepto vitæ spi-
ritusq; ritualis desiderio ante sc deuouerat. Tam arduum *castita-*
zelum quandoque Deus, vt piè creditur, & Nata-
lia de veritate rei gestæ sæpe retulit scriptori,
linteato & micante cælitum comitatu cubicu-

Viso.

lum ingressus comprobauit. Eadem de D. Virginis patronæ Castitatis apparitione testata est. Itaque seruebant in Dei seruitio precibus servitu inuigilabant, auditâ ex scripturis expendebant curabaut pauperes, visebant sanctos sâpe in cœre sanctis ministrabant, & porrigeabant de frumentis quorum quidam erant presbyteri & Diaconi & ipse huius historiæ scriptor Eulogius ex interiori carcere iam eductus, qui rogantes eos instruxit, suâisque facultates venditas ut darent pauperibus parte relicta duorum liberorum norennium sustentationi. Eodem in carcere


*Flora**& Maria*

talia Floram & Mariam Virgines quasi concupiscentia solatii causa & intercessionis pro se non desistebat inuisere, qua sibi & viro martyrii proximam sperabat obtinere, cuius etiam spem virginis præbuere certæ post sponsi adeptum confortium preces non fore irritas. Non multo post haec virgines gladio cæsæ apparuerunt somnis Nataliæ niucis in cœtu candidatorum militare vestibus manibus phialas, & florum manipulos cum aliis gestantes. Quas cum reverentia & metu affatur: Quau! fiduciam pollicentur iuxta pristinam promissionem vestram spensæ expectatione & solicite ne conatus in casum cedant, dum aliud intentio quam & aliud merita expectant, dum & Deus plus meritum, quam precibus fauet: nec parum robore nobis accederet ad certamen vestro hortatu mente. Tum virgines respondere: commoda vestri laboris in AEthere reposita suo

*Expe-**ctatio**felicis**marty-**ris.*

bis sunt tempore metenda : ne igitur certamini defectu euanescent præparati vobis ab æterno triumphi. Quare sacrificia piorum sacerdotum implorate, suffragia sanctorum exquirite, sanctuaria inuisite : his enim gradibus ad expeditum culmen peruenire facilius potestis. Testis nostræ assertionis erit conseruus quidam *Hic est*
ster socius palmæ futurus. His magis confirmata, & viro locuta se præparat : & distractis *S. Georgius.*
modo supradicto opibus filias quarum altera *Dispositio de*
octennis, altera quinquennis, Tabenensi Cœnobio eo loco celeberrimo, sibique pro *opibus.*
nobis operum bonorum incrementis delecto committere decreuerunt : quarum autor minor
rem post necem parentum diuino instinctu si-
bi ait dixisse, ut vitam scriberet parentum. Vi-
derunt saepe in cubiculo lucem cælestem, dum
meditantur suæ salutis negotia, Nataliaque filiam Montesi cuiusdam, cui in extremis angori-
bus adfuerat, apparentem, & de futuro martyrio
loquentem. Interè appulit eò S. Georgius Dia-
conus Bethlehemita in cœnobia S. Sabæ 27. annis
commoratus & in Aphricam amissus ad fratum
solatium & instructionem, vbi omnia Barba-
rica incursione cornens turbata Hispaniam pe-
tuit, erat autem peritus Græcæ & Arabiæ lin-
guæ, latinam vix exprimebat, sobrietatis, con-
tinentiae variæ, sermonis sacri, humilis habi-
tus, precum & vigiliarum cultor. Cum au-
tem apud Tabenense cœnobium reperisset Aure-
lium & Nataliam, & cum ipsis Felicem & Lilio-

Consors sam Ioniuges sanctos, & martyrii candidatos
ad mar. Natalia agnitus consors prædictus martyrii,
zyrium & prædixit, ad quod ibi pariter mente & ser-
anhela. ne se compararunt omnes, dimissisque ad Eccles-
is. siam duabus vxoribus non tam vt se ingerere
 persecutioni, quam fugiendam Christus doce-
 sed vt martyrii exemplo captiuis metum per-
 Christo patiendi eximerent: vbi in via agniti
 professi se suosque Christianos, & illicò ad Iude-
 cem delatis sunt, qui missis ad domum Aurelii
 tellitibus omnes comprehensos sibi sisti manda-
 uit: iamque astantes hortatus ad præsentis vis-
 curam, & suæ superstitionis sequelam cum nihilo
 proficeret, maiori accensus furore in carcere
 mittit, vnde quinto post die speciosis promissis
 spretis educti gladio omnes interemti sunt.



EX TOMO V. SVRII,

SS. Adriani & Nataliae coniugalis fa-
des & amor elucens in adhortatione &
susceptione S. Adriani Martyrii, & for-
ti, religiosaque cura S. Nataliae: ex an-
tiquis M.S. codicibus, consentien-
tibus vetustissimis mar-
tyrologiis.

Sul

Sur. Tom. 5. 7. Septemb.

Angrello Nicomediam Maximiano Cæsare sa-
crificium populo indictum, est, & Christiano-
rum nomina deferri. Itaque apparitores ita mi-
litiae principi dixerunt: quidam Christiani lati-
tant in spelæo, quos nos nocturnis vigiliis psallen-
tes audiuiimus: Hi vincit adducti ad Cælarem
procedentem ad sacrificia ob Constantiam in fi-
de crudis neruis cæsi sunt: deinde lapidibus ro-
tundis eorum ora contusa, & annotatis eorum re-
 sponsis professionis in custodiam adducti sunt,
ut pluribus ad exemplum regionis totius confi-
cerentur tormentis. Ibi Adrianus 28. annorum
iuuenis, qui 13. menses cum Natalia prænibili
Christianæ vxore coniunctus primus in officio
erat, ita SS. Martyribus est locutus: Scirè ex vobis
maximopere opto, quæ nam vos gloriæ expecta-
tio, ad tantas pænas sustinendas corroboret? Re-
spondere martyres: nec oculus vidit, nec auris, gium.
audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præpa-
rauit Deus diligentibus se. Tum Adrianus ad Ex-
ceptores, annotate etiam, inquit, meam confessio-
nem cum his Dei Athletis. Quod cum Cæsari es-
set nunciatum, eius iussu in custodiam ductus est:
cuius causam ignorans Natalia ciuilans scidit vesti-
menta, at comperto, quod causa fidei esset vin-
ctus, properè mentata veste ad carcerem se contu-
lit, & collaudato eius proposito ad martyrii ago-
nem pro æterna gloria perferendum adhortata
spreto consilio furore, & adulacione aliorum,

N 3

vin-

Iussu.

*Mar-
tyrum
pæna.*

*SS. A-
driani
& Na-
tale
coniun-
giuum.*

*Ef. 64.
Cōuer-
sio A-
driani.*

vincula viginti trium ibidem vinctorum osculari
eos rogauit, vt ad societatem certaminis Adrianus
non grauentur commonefacere. Post dies aliquo
Adrianus, vti promiserat, ad vxorem, vt interesse
agoni, data pecunia custodibus & relictis fidei
soribus iisdem martyribus, abiit. Quod cu-

Natalia-

lia cu-

ra in

causa

salutis

Adria-

ni.

Natalia ante accessum eius resciuisset, suspicata
eum fidem deseruisse, ineribili dolore est affe-
cta, quod necdum initio certamine fugisset: cui ille,
fideiussurunt, inquit, pro me sancti martyres
& si ego inuentus non fuero à custodiæ prae-
cis, cum suis pariter & meas luent penas, nec sen-
re poterunt, cum sint iam pœnè illatis à Tyranno
suppliciis exanimati. Hoc dicto ipsam lætitia affec-
cit, & in summi ab ipsa beneficii accepti loco pos-
suit, quod ad honestissimam victoriæ lauream vi-
rum suum fidelissimo amore prosequeretur:
quin & ipsa in regressu cum ipso ad carcerem
nullam de facultatum dispensatione mentionem
inferri voluit, tantum vt ad ea, quæ sibi cum san-
ctis præmia proposita, festinet: quæ resistentibus
& pugnantibus adeptu facilia. Vbi ad carcerem
ventum est, Natalia ad pedes sanctorum prostra-
ta osculata est vincula eorum, videbat enim cor-

Natalia-

ser-

nit vin-

clis.

pora eorum iam à suppliciis putrefacta, ita vi-
lolia ser- vermes ex eorum vulneribus prociderent: in-
nit vin- clinansque se putredinem omnem abstergebat,
cutorum pretiosis linteis plagas dissolitarum pondere vin-
cilorum ferreorum manuum & pedum alligabat, & 8. diebus vulnera curabat. Cumque hi ad
quæstionem rursum vocandi essent, commentari-
erentur

riensis diffusasit, eò quod ob dissolutionem membrorum ad nouas pñnas non sufficerent viribus, sed solus Adrianus integer ad has robore esset. Expoliant ergò cum vestibus, & tectum ad verenda sub ligaculo, ferrente inq; suis manibus eculeum sicut Tyranno. Euntiq; martyres dixerunt: Macte Adriane noua ista tua à Deo tibi impetrata dignitate martyrii: vide ne hanc metu poenarum, vel fraude diaboli desperdas: neque destitutus vxor piis verbis eum monere. At Tyrannus dixit Adrianum: permanes in infania & vis malè exire ab hac vita? Adrianus respondit: iam dixi tibi, me ab infancia recessisse, & ideo paratus sum hanc vitam profundere. Tyrannus non ferens Deos suos spenni iusserit eum lignis contundi, & dici, ne blasphemet, Adrianus ait: Si ego sic crucior, qui blasphemabo eos, qui non sunt, quæ tibi ferenda sunt cruciamenta, qui Deum viuum & verum blasphemas? Maximianus ait: Hæc verba ab illis impostoribus didicisti. Adrianus ait: Cur tu illos impostores vocas, qui duces nobis sunt ad vitam æternam? Vos potius estis seductores, qui homines in perditionis laqueos inducitis. Interim Natalia & martyres cognita prima eius plaga Dominum pro eo rogarunt. At maximianus iubet eum à quatuor cædi lictoribus magnis fustibus. Tum Adrianus, quanto, inquit, plura adhibes tormenta, tanto mihi plures confidis victorias. Quæ dicta & responsa sunt utrumque, ea Natalia gratulabunda martyribus narravit: deinde ventre eius verberato usque ad viscera effluxum nouis

Adrianus ex anima tur.

honorum, familiaritatis, medicaminum frusti
eius constantia tentata est. Exinde apud relique
in carcere depositus est, qui ei gratulati oscula im-
primere certatim gestiebant, & ipsa Natalia ex-
tergebat sanguinem eius, & eo perungebat corpus
suum. Interim partitæ inter se officia & homi-
nes piæ mulierculæ sanctis ministrabant: inter
quas honestissimæ nonnullæ fuere, voluitque de-
inceps Tyrannus id fieri: at Natalia tonso crine
& fœmineo habitu in virilem commutato sane
&is ministrabat, sedens ad pedes Adriani hoc ter-
mone cum compellabat. Obsecro, mi Domina,
sis memor coniunctionis nostræ, & quomodo e-
goin hoc martyrio tibi adstiterim: ora igitur
Christum Dominum, ut me tecum accipiat: vt
quemadmodum communicauimus in hac vita
misera & plena peccatis, ita simul esse possimus
in illa beatissima vita, quæ est omnis doloris ex-
pers. Orote, mi Domine, vt has primas preces
Deo offeras. Scio enim præstitum Deum, quic-
quid ab eo petieris. Nostri peruersitatem ciuium
huius urbis, & Regis impietatem, ne forte a freno
consilio me homini impio coniungat, & pollua-
tur torus noster, ex quo opto, vt discant à me o-
mnes mulieres obtemperare viris suis comperta
erga me cura & solicitudine tua. His dictis accin-
xit se denuò ad curanda sanctorum vulnera: pro-
ponebat eis simplices, delicatosque cibos: Erant
enim intolerandis affecti doloribus, quod vulne-
ra iam inciprent redire ad sanitatem. Imitar-
sunt & aliae mulieres Nataliam in mutando habi-
tu &

*Natalia ad
Arria-
num.*

tu & coma scindenda. Quare, ne deficerent o- *Passio*
mnino viribus martyres, iussu Tyranni modo *Adria-*
antehac inusitato producta sunt vasa, incus, & ve- *ni p̄ae-*
ctis ferreus in carcere, ibique Natalia monito vi- *sente*
ro, ne terrore cederet, ipsa primum postulavit A- *Nata-*
drianum, manibusque suis super incudem pedes *lia*.
confringendos extendit, vti & manum petitam:
qua p̄æsc̄ta reddidit spiritum. Pari cruciatu
cæteri sponte membris extensis mutilati & ex-
tincti sunt, & ad rōgum delati, quorum sanguinem
sequentes pia fæminæ vestibus lineis & pur-
pureis exceperunt, & carnificum vestes eo aspersas
magnō pretio redemerunt, Natalia quoque ma-
num Adriani clam accepit, & se in fornacem iam
iam erat conjectura, cum repente extitere toni-
trua magna, & pluviæ & grandines, & fulgura at-
que terræ motus ita, vt haud secus atque in dilu-
vio nataret ciuitas, ipsaque fornax vi imbrium &
tempestatis extingueretur. At carnificum alii au-
fugerunt alii prostrati in facies expirarunt: san-
ctorumque reliquias Natalia cum fæminis & a-
liis fidelibus ab igne nihil læsas abstulit, initoque
confilio, ne alio incendio Tyrannico iussu reli-
quæ perirent, fideles Bizantium naui detulerunt. *Nata-*
Interea Natalia domi suæ thesauro manus Adria- *lia re-*
ni purpura obuolutæ & myrrha perfusæ conten- *spicit a-*
ta à Tribuno ciuitatis Tyrannum interpellante *lietas*
ad alteras nuptias petitur: at illa per missas ad se *nuptias*
matronas tridui inducias impetravit, vt fugam
adornaret apud sanctorum corpora habitaculum
fixura: orauitque Deum per merita S. Martyris
N 5 viri

viri sui, ne suæ continentiaæ alieno coniugio vis
inserretur. Hæc precatæ in somno vnu ex marty-
ribus ei adfuit nuncius precis exauditæ, & Adriani
aliorumque gloriæ, precatorum pro ipsa, ut citò
ipsis præsto esset in cælis. Illa expergefacta nauim
conscendit sola manu S. Adriani sumpta, vt Bizan-
tium iret: in quo itinere nequam spiritus in specie
Naucleri nauim à recto cursus iussi auerti. At B.
Adrianus illicò adfuit, & fraudem detexit, & ma-
nifesta specie eos præviuit, donec Bizantium altera
luce intrarent. His lætata Natalia ad domum mar-
tyrum se contulit multis fidelibus refertam, vbi
post quietem breuem vocatu S. Adriani ad perpe-
tuam migravit.

*S. Elzearij Comitis compendiosa vita,
qui cum coniuge vixit continentissime,
virgoque permanxit, & lux suæ
nebroſi ſæculi fuit.*

Surii 27. Sept.

Elzearius patrem habuit Hermongaum à
Sabrano virum insignem, & potentem, ma-
Paren- trem Laudunam Albanam Comitissam non fo-
805. lum nomine Bonam, sed etiam bene Catholicam,
& Deo deuotam. Hæc à conceptione filii Elzea-
Gar- rii sanctioribus ardescet desideriis, de qui-
fenda bus cum Garsenda Alphanti nobili ac raræ cu-
pia mas- iusdam pietatis, diuinisque reuelationibus cele-
brata. tulit, quibus sibi mundum insipidum esse declarat

rabat, & si lege viri soluta esset, Diuino se mancipaturam seruitio. Filium mox à nativitate Deo obtulit famulum, aut morti rebellem. Qui cum adhuc ancillarum brachiis portaretur, inuitus sè pè humanissimè in porta pauperes, nullo pacto progreedi volebat aut acerbè flebat, nisi data esset *Infan-*
stipes, qua data lètus transibat. A quinto pueritia *tia El-*
anno gestu, voce, fronte, opere omnifariæ virtutis *reariss.*
documenta inter æquales edebat: cumq; aliquot annis institutione patrui sui Abbatis Massiliensis profecisset, iussus est à Carolo Siciliæ & Solymorum rege decennis sponsalia cum Dalphina Virgine celebrare, & post triennium coniugio solenni ritu copulari. Quarto die in Castellum Ausolium *Sponsa* cum spenso cohabitatura adducta & in cubiculo eius menté anteuerertit detecto suæ virginitatis proposito, cumq; inter metum & fluctuationem non *cafta-*
tis mo-
nirix. reluctantem, sed comem reperit responsis: nocte q; traducta precibus sequentium noctium præuetione sermonis eo deduxit rem, vt assensum non inuitus præberet. Adhuc, dum in familia Abbatis moraretur, procacib. linguis ad luxuriam incitatus *Vitas* xoris prætextu declinabat, cuius & suam continentiam celabat, & à mortifero peccato magis, quam *p. m. us* mortis periculo cauebat. Eodem anno cuncta *moriē.* quadragesimæ ieiunia seruauit, & nodo sa chordula fortiter stringebat nudum corpus, adeò vt è saucia carne sanguinem exprimeret, & totam faciem pallor obtineret. Anno 15. ætatis in prandio Diuini *Diu-*
moris suavitate incēsus rubore vultus sociis febris na al-
suspitione præbuit, vesperiq; folus pistratus in ge-
nua 1:0. *lustra-*

nua interpretes tantas diuini amoris persensu flamas, vt totus eius colliquesceret animus, atque in Deum transformaretur: edoctusque est diuinitus de breuitate vite, & contemptu mundi, qui nihil est ad instar Cælestis regni incomparabilibus bonis affluentis, deque sui à tot peccatis præseruatione & instinctu castitatis seruandæ. Itaque confirmatus de hærede & hæreditate omnem etiam curam & cogitationem abiiciebat: & modum Deo optimè placendi per preces experebat non auersaturus solitudinem, & iacturam temporalium. Atqui tacita Dei suggestione sui fiducia auxiliī in statuto suo persistere iussus simulq; virgo permanere. Mirandum verò potius, quam mirandum illud, quod ex propinquitate confortatori minus suæ virginitati cuius votum non ediderat, timebat, nec intus immunitus, nec foris de luxuriæ motu notatus esset, cui etiam in somnis obliuetabatur, & in vigilia peruigil arcebatur. Post eum quem dixit, mentis excessum, prolixè antedecubitum orabat, & meditationibus interdum se tradebat: Non dissimilis aliis mentis excessus accessit, in quo humilitate coram diuina dignatione, sinu lacrymis madefacto, repræsentato cruci solennis incruento sacrificio mirificè fuit affectus donec in aurora oculis immotis persistens & testa compellatus ad se rediret. Alia nocte consumpta in precibus inuentus est à coniuge radiante vultu cubile illustrare, quo tempore præmiorum vitae æternæ magnitudinem & Diuinæ benignitatis abyssum erga eos, qui acceptarent, lauleo-

*Mira
conti-
nentia.*

culentius comprehendenterat, vti & pleraque alia fidei nostræ mysteria allâs plenè cognita vix se verbis posse exprimere dicebat. In nuptiis cognatæ versatus aliquot dies inuitus laxatis in dedecus gestibus & vocibus conuiuarum nobilium nihil commotus fuit, sed super taciturnitatem molestia affectus & compunctus, inque lacrymas singulis noctibus fuit resolutus, Præterea tum reuelatione Garsenda nobilis matronæ, tum propria mentis inductione D. Virginem patronam sibi gess. adscivit, ante cuius venerationem præconsiderata indignitate sua grata futura filiæ eius sibi suggeri petebat. Eadem Garsenda ex splendore lapidis fulgentis Diuinitns sibi ostensi pretiosam Elzearii Virginitatem agnouit toto orbe radicaturam. Pertælus verò paterni affectus mundum sapientis, ad eumque se pertrahere satagentis ad coniugis castrum hæreditate ad se deuolutum migravit, vbi triennio nouo modo cœpit familiæ suæ præsidere, nouasque morum plantulas infondere, & transgressoribus pœnas ponere. Edixit 1. vt omnes quotquot diebus sacrificio intersint. 2. Ni castè viuerent, domo abscedant. 3. Nullus se scelere mortifero implicaret ob periculum alienæ infectionis, & consensu sui approbationem. 4. Ut plerique vtriusque sexus honestiores hebdomadaria exomologesi expiati Cœlestis panis antido-to se muniant. 5. Nulli fas sit blasphemia Deum, Diuosque incessere, ore inhonestâ promere, vtque rei vel toto prandio coram aliis in terra federent, vel toto die cubiculo inclusi communî cibo ve-

D. Virginem
patronam
næle-

Edicta
familiae

scan-

scantur. 6. Nulli fas vt sit ludere tesseris, aut & lio vti lusu illico, turpi ac in honesto, ni gratia pœna foret multandus. 7. Ut concordiam verbo & actu non infingerent, aut citè in gratiam redirent pro arbitratu multandi. 8. Ut hora poss prandium vel alia piæ collationi à nullo interrumpendæ subseruiret: quod si fecus à quoquam factum, tantisper excludatur, donec correctus reuocetur. Ipse Elzearius non modò semper praesens, sed etiam ore, affectu, oculis, admonitiones cumulabat de Dei amore humilitatis & puritatis studio, precibus à peccatorum suorum consideratione incipiendis, & aliis compluribus documentis, quibus familiam suam plusquam Cenobium omni virtutum splendore decorabat, vt mira morum maturitas & honestas, pax, pietas, benignitas, caritas in tota domo reluceret. Alasia igitur soror Dalphinæ sanctimonialis commemoratione horum se in virtutibus progressam adeò carnis tentatione precibus victa liberatam, vt vix admittere posset allestam, testabatur. Eterni fama pietatis ad imitationem se composueret: regulas, quas strictè ipse in sua domo, quoad vixit, obseruauit, Episcopus aliquis ad similem vsum recepit. Ad ieunia Ecclesiastica, ferias sextas, & aduentum complures prævios dies festorum adiungebat. Cilicum ad nudum corpus habuit sub vestibus pretiosis, & in eo saepè dormiuit. A supradieta prima illustratione nunquā nudus, nisi agrotus eum esset, cubauit: non raro catenulis serreis ad versus quinquagesimi psalmi iestuster iterabat.

rabat memor vulnerum Christi. Dominicis Adu-
tus & quadragesimæ & potioribus festis sacra sy-
naxi fruebatur: quotidiè 12. pauperibus pedes lauit
& alimenta præbuit. Sex leprosos osculo in ipso-
rum mapabibus sanauit: sine stipe nullum paupe-
rem dimisit: frumentum ideo erogatum visum a-
quando multiplicatum redisse. Anno ætatis suæ
23. defuncto patre hæreditatē adiit toparchias Ariæ,
& Ausoissi. Arienses incolas per triennium sibi
rebelles, iniuriosos, & cōrūmeliosos non est vltus,
sed eorum prædictam correctionem spontaneam
expectauit. Litteras Nobilium in odium & adia-
eturam hæreditatis persuadendam ad patrem mis-
fas & deinde inuentas celauit. Nullum impatientiæ
signum in ore & moribus eius vñquam repertum,
quam se abolere memoria Dominicæ Passionis di-
xit. Toparchias suas ære alieno obstrictas citò li-
berauit cōstitutis, qui prouentus annuos acceptos
creditoribus soluerent, gaudebatque se in mundi
possessionibus amorem & imitationem extinctam
reperisse. Iustitiam accuratè præsidibus præcipie-
bat, neglectum corrigebat, inquis idoneos surro-
gabat. Maledicos & alios sceleratos seuerè perse-
quebatur, & captos atq; in vincula coniectos pro
ratione culpæ plectebat. Morti adiudicatos salu-
taribus monitis institutos ad confessionē peccato-
rum, & commemorandam Christi passionē hor-
tabatur, inter quos vñ ad amaras lacrymas hor-
tatu commouit. Damnatis pecuniæ interdum ter-
tiam partem solebat, quib; dñdam dimidiam re-
mittere: pauperibus totam condnoabat, sed secre-

*Rebel-
lio sub-
ditoru.*

tō &

tò & per alios, ne impunitas licentiam parceret.
Eorum, qui morte plectendi erant, facultates pro
more in fiscum principis importabantur: Verue
si vxores haberent & liberos, clam aliena manu ei
restituebat. In pompa, qua auratus eques à Rego

*Volum
casti-
tatis cū
coniug-
ge.*

vix, quæ circa ipsum gerebantur, aduertit. Voca
uit dein vxorem ad secum vouendam præsentem
Garlenda Alphanti castitatem, vti & factum
quæ paulò post mortua vtrique suæ beatitudinis
statum significauit. Per id tempus Rostagnus se-
nèx nobilis eum amplexus repente mutatus est.
Nam cum biennio iam sua peccata non esset con-
fessus, tanta sensit se peccatorum sarcina premi, vi-
nec quiescere nec cibura capere, nec quicquam or-
mnni facere posset. donec peccata sua cum mul-
ta contritione & lacrymis sacerdoti esset confes-
sus, & ex eo tempore ad meliorem frugem ter-
cepit. Biennio in prouincia exacto Neapolim re-
uersus Roberti primogenitum Calabriæ Ducem
instituit quem moribus leuiculum & ad impuri-
tatem auribus combibendam promptum seorsum
proposita indignitate correxit. Negotia cum duce
habentes tractanda subinde primò ad Elzearium
deferebant consiliī causa, nec pauci munera auris
coccinei panni, & alia offerebant, quæ velut or-
culos excæantia respuebat, ideoque in vniuer-
sum ab iis maluit abstinere. Cum ex quotidianis
querimoniis causas pauperum videret negligi, co-
rum patrocinium si postulauit: & crumenæ sup-
plicibus corum libellis impleta accurate & sedat-

*Respuit
omne
munus.*

eos audiebat, & superuacanea in certa capita digesta Duci & concilio obtulit, & expedivit: cuidamque ex illis se ingerenti super mensam respondit se causam ante comedionem expediturum, ut & factum. Quibusdam ob moram longiorem, sumptu grauatis ipse suppeditabat. Fidem Catholicam contra persuasiones quorumcunque doctorum, & Antichristianas persecutiones constantissime se retenturum professus. Daphinæ moram in castro Pefulano per literas sciscitanti respondit se sanum domicilium habere in latere vulnerati Domini. Etsi se crederet peccatorem maximum, nunquam tam à reliquis, quam Daiphina in mortifera culpa deprehensus est. Daphinæ prædixit obitum dissoluto toparchiarum alieno ære. Anno igitur 1323. sumptis piissimè sacramenris, cum circa ceremonias extremæunctionis à ministrante & respondentे illa verba proferrentur, per crucem & passionem tuam libera eum Domine, ipseque dixisset, hæc est spes mea in hac volo mori, licet territus vi dæmonum, sed fiducia meritorum Christi victor, ut aiebat, decepsit, innumeris, ut prædictum S. Matronæ, virtutum exercendarum, & familiæ regendæ exemplum futurus.

* * *

O

S. Baus,

S. Bauonis primum coniugati, deinde sa-
etissimi Confessoris Exemplum scriptum
a Theodorico Abate: S.
Trudonis.

Sur. Tom. 5.

A Thleta Dei clarissimus Albouinus cognomen
Bauo ex familia Austrasia pago io-
Paren- Belgica Gallia Hasbanio nobilissimis gene-
res S. re & virtutibus Edolpho & Adeltrude natus fi-
Bauo- liam Adilonis comitis parem genere vxorem na-
nis: u- xus. Decursu temporis filia nascitur Agletru-
xor. dis, & ipsa à Deo præelecta, & virginitatis cente-
mo fructu, ut post patuit, remuneranda. Denique
Filia primo ætatis suæ tyrocinio inter ipsa crepundia,
Bauo- quæ qualis futura, quomodo viatura, qua lege
nis. virginitatem suam esset seruatura angelus certam
præscripsit ei regulā. Nec defuit prudēti adolesce-
tulæ Dei dextera, quæ membra animare iuuen-
Initia lia, & eleuare et ad summæ perfectionis fastigia in-
sandi- tantum, ut in principio conuersationis nouella
tatis. iphis quoque parentibus propositum fieret im-
tabile. Cœpit ex hinc B. Bauo animum ad super-
na infletere, mundi deliciarum tædere, balteum
militarem rarius cingere, circi frequentiam do-
clinare, non scœnæ spectaculo non theatro luxu-
riæ locum dare, aduersus spiritualia nequitæ ver-
bi Dei gladium sumgere, iustitiam pro thora-
ce indui, & æquitatem semper habere in ma-
nibus

nibus pro scuto inexpugnabili, leuaquē peccata quotidiana amarissimis lacrymis deflere, prioris vitæ pœnitere, Ecclesiæ frequens adesse. Semper de Deo studebat aliquid audire, aut interrogare, de virtute in virtutem ascensiones in corde disponere, ieiunia cum fructu Eleemosynarum frequentare, sic vnicuique virtuti, ac si cæteras non haberet, egregiè studere. Animo sic florenti mundus, & omnis gloria eius aruerat, domus ingens, & ampla possessio penitus viluerat. Iam stiuart aratri tenueret, iamque libero gressu ad Antoniorum & Macariorum Eremitum euaderet, nisi cura coniugis & paruæ Adeltrudis pedem eius retineret. Viuebat tamen Monachum laicus, & inter officiosam populi multitudinem nunquam deferebat eum illa, quam animo conceperat, solitaria eremus. Interēa coniugis, quæ & ipsa viriliter in mandatis Domini militabat, decurso præsentis vitæ studio de habitatione tenebroſi cedar ad brauitum supernæ rethumerationis adsciscitur, & ne malitia mutaret mentem eius, de præfenti sæculo nequam eripitur. Cuius funus viduus Maritus ita ægrè prosecutus est, ut prope ipse moreretur: ita conuertit se ad dominum, ut eius mortem optasse videatur. Tum verò afflante Spiritu sancto nauigium maris huius fæculi totis velis ingressus, quod diu animo deliberarat, præsentialiter exercere non cessat, secunda recusans matrimonio: ut eum intelligeres non diu voluisse seruire officio coniugali, quod nunquam assumpsisset nisi

*Obitus**coniugis.*

causa procreandæ prolis. Magno quasi expletu
onere totum se ad Dei cultum conuertere nihil
præter cælum cogitare, & quasi se relictum ge-
Pf. 41. mens frequenter in corde suo clamare: Quando
1. Tim. veniam, & apparebo ante faciem Dei? & illud
6. Ap. Qui volunt fieri diuites & quicquid donariu*m*
regum largitio contulerat, in stipem pauperum
transferebat, dans exemplum quomodo camelus
posset intrare in foramen acus, quomodo animal
tortuosum deposita gibbi sarcina assumat sibi
pennas columbae, & requiescat in ramis arboris,
quæ de sinapis scmente succrescit.

Narratiuncula de coniugio Eduini regis primo infidelis cum Edelburga fidei coniuge ad optatum finem fidei & virtutis traducto, contenta in vita S. Paulini Eboracensis in Britannia maiore Episcopi, authore Beda.

Sur. io. Octob.

EDuinus is, qui primus auspiciis initiande
totius gentis vera fide, totam Angliam imperio tenuit, Regi Cantuariorum cognatione iunctus Edelberti regis filiam coniugem sibi dari postulauit, quod cum ob leges Christianas non licet, promisit liberum exercitium sponsæ & eius contubernialium & familiarium fidei suæ, quam etiam

etiam, te per doctos examinata & potiore iudicata ipse non grauaretur acceptare. Itaque S. Pauli- *S. Pauli.*
 nus ordinatus episcopus in comitatu sponsæ esse *lincere-*
*iussus animo magis intendebat ad sementem Eu-*Ius.**
 angelii inter gentes propagandam: in quo & la-
 borauit, ne deficerent fideles, utque aliqui saltem
 inter sponte excæcatos populos illuminarentur.
 Itaque anno parte salutis 626. cum eum Sicarius
 ab occidentalium Saxonum rege missus frustrè
 venenata Sica, quam interpositus famulus exceperat
 delato vulnere per corpus ad regem leui vul-
 nere perstringendum, occidere moleretur, pro-
 misit Paulino adhortanti, ut filiam natam baptis-
 mate tingi pateretur se non modò id paflurum,
 sed etiam Christianum futurum, si vita incolumi
 & victoria aduersus hostem potiretur. *Conspira-* *Tarda*
tionis igitur sociis aut occisis aut in deditio- *conser-*
*ceptis victor ab idolorum quidem cultu absti-*sio.**
 nuit, sed tum ipse sagaci ingenio sua consideratio-
 ne, tum documentis S. Paulini & primatum sa-
 pientiorum tardius fidem recepit. Quare sumus
 Pontifex Bonifacius ad Eduinum exhorta-
 rias literas scripsit, & alteras ad Edelburgam re-
 ginam cum donariis speculi & pectinis Eburnei
 S. Petri. S. Paulinus animaduersa cunctatione re-
 gis cælitus cognito oraculo regi olim oblato in
 periclitatione vitæ & status sui eius ipsum statuit
 admonere, quod erat huiusmodi. Cum persequente
 ipsum Edelfrido, qui ante ipsum regnauerat diu
 per loca & regna profugus aberraret, apud Ro-
 dualdum regem securum inuenit habitaculum.

O 3

Quo

Qui Quo cognito Edelfridus non cessat ter, quaterque
din re- oblato munere aut, si nolit comminato bello, sibi
lucta- Eduinum tradi vel interfici. Id verò Eduino
ru tan- clam de nocte fidelis amicū significauit, eumque
dem af- educturum in tuta promisit. At ipse tenax suæ fir-
sensus dei, & anceps de securitate locorum hæsit: itaque
est. hæsitantem & mæstum aliis ignotus compellauit,
& promisit vitæ tutelam & regni recuperationem,
si Christianus factus idola veller extirpare. Rec-
pit conditionem, & arrham dextræ suo capitii im-
posita: nec mora cogitanti, quis ille vir esset, prior
amicus renunciauit ipsi Reginæ precibus regis
Redualdi animum esse sedatum; qui statim colle-
cto exercitu imparatum Edelfridum opprimit, &
occidit, Eduinoq; regnum tradidit. S. igitur Pauli-
no prædicante cum rex moras necteret, subito illi
cogitanti diligētius quænam religio sibi esset am-
plētenda, quidam ignotus se ipsi videndum ob-
tulit, & timenti manu imposta arrhæ datæ admo-
nuit, quia iam tot insidias euasisset, & regni hono-
re donatus insuper esset. Ille quidem non abnuit,
nec tamen absque consilio suorum afflclarum, vt
& ipsi cum cæteris omnibus Christo se addicerent.
Quare primum ex pseudomistis suis interrogauit:
qui illi de vanitate idolorum verum suum aperiu-
fensum & aras propria manu cuersurum addixit:
Assensit & alter ex primatis. Itaq; anno Christi
627. ab Anglorum in Britanniam aduentu 180.
Baptizatus est Eboraci in felto paschæ & Eccle-
siam molitus est struere, cuius primis iactis fun-
damentis interemptus est.

*Cōser-
fio.*

De Si.

*De S. Aquilini Ebroicensis Episcopi ini-
to ante ordinem coniugio & post ordi-
nem sacrum susceptum translato ope-
ra piæ coniugis in perpetuam atque fe-
licem continentiam. Ex M. S.
codicibus ignoti Auo
choris.*

Sur. Tom. 6. 19. Octob.

*E*n beatissimus Confessor Ddmini, & Ebroi-
censis Vrbis Episcopus Aquilinus nobis imi-
tandus exhibetur, qui de coniugii extremitate
sublatus, & ad pontificiae celsitudinis gradum
sublimatus primum ex AÆgypto carnalis copu-
lae in desertum vidualis pudicitiae, ac deinde per
Iordanem Episcopalis gratiae in æternæ promis-
sionis terram ingressus est.

Cui ipsum suum vocabulum quoddam vide-
tur prohibere testimonium, quod solum iustitiae
immota animi ac contemplatus eius amore pen-
nas commutari, & instar aquilæ instauratus noui-
tatem vitae in sanctitate iustitia & veritate suscep-
rit. Nam quasi carnis quadam vetustate incuruus
incedere videbatur, cum adhuc carnali coniugio
deditus esset. Sed pennas in superiora se trans-
ferendo mutauit, quando amorem coniugis æter-
nitatis mutauit amore, & filiis carnis filios spi-
rituales anteponens, ex se defecit, ut in Deo
Optio S. A-
quilini.

Genus nobile. proficeret. Fuit ille Baiocensi ciuitate ortus, p̄ rentum nobilitate clarus, sed morum dignitate iustior antiqua insignia nouis virtutum ornamentiſ obscurans. Cumque sacris literis institutus, & summo studio enutritus esset, pluuiamque suo tempore effundendam ceu nubes matutina collegisset, transmissis adolescentiæ spaciis ad inventutem pertigit: in qua pueritiae marcescentibus floribus humanæ probitatis & virtutum solent prodire fructus, & ad maturitatem segeres propinquare. Quæritur ei vxor nobilitati eius congrua inuenitur, dicitur, nuptiali celebritate coniungitur: proles terrena primum gignitur, vt postmodum cœlestis procreetur. Sentitur carnalis amor, vt eo propudiato spiritalis feruentius sentiatur: quemadmodum pueri cibo solidogustato vbera respunt. Enim uero & proximi dilectio, quæ præcedit, Diuini amoris, qui præcellit dignitate, licet ordine sequatur, nutrix esse solet. Si tamen dilectio est dicenda, quæ carnaliter exhibetur. Altiori enim intellectu nec seipsum, nec proximum tamquam seipsum diligit, qui Deum diligere seque in Deo amare nescit. Attamen iuxta quandam modum discit unusquisque in proximo, quid debeat Deo: & sicut seruus maior natu Domini adhuc paruuli pædagogus efficitur: ita fraternalis amor creatoris nutu amorem alit. Aquilinus post unius sponsæ copulam multarum animarum strenuam curam quandoque suscep-
rus, & Christi vice impleturus, discit in coniuge, quam præfus olim effectus Ecclesiæ sibi coniungeat & præstare debeat.

In-

Interea accitus à Clodoueo rege, cum cæc- *Miltis*
tris Vrbium præfectis aduersus barbaros, qui in ex-
tremis Francorum finibus cæperant efferatis ani-
mis insolescere, præsiscitur, & ante spiritale bel-
lum gerit mundiale. Exacto inde triennio &
mensibus sex omnibus facta est domum redeun-
di potestas. Eius autem pia coniux, dum abscesset
ille, non cessauit à precibus in tantum solicita de
reditu eius, ut etiam votum Domino nuncuparit *Votum*
pro illo, quod tamen quodammodo videretur *uxoris*
esse contra illum: putà si dominus saluum & in-
columnen reduceret illum, se toto anno cum illo
continenter victuram de eius consensu usque ad-
eò nihil hæsitans (quippe, quæ eius pudicitiam fa-
tis compertam haberet,) ut etiam sine illo pro-
mittere non dubitárit, quod non nisi illo consen-
tiente exequi posset. Redeunti igitur obuiam Car-
notum processit, ubi conuenientes Aquilinus
coniugis pudicitiam & amoris integratatem, con-
iux Aquilini sinceritatem admirabantur. Cernens
autem illa oblatam sibi familiaris colloquii op-
portunitatem: amautissime coniux, inquit quæ-
so te, ne me arguas temeritatis, ne grauiter feras
quod feci, si cognoueris me id fecisse zelo amoris
tui. Timens enim, ne te semper carerem, si accide-
ret tibi, quod nolle, malui Deo promittere,
quod uno anno à te præsentc abstinerem, tuque
interim coniugii oblectamenta suspenderes, quæ
te e medio sublatæ perpetuæ viduitate afflcta di-
scerem vel inuita, quod sponge didicissem. Qua
in re si quid videor egisse inconsulte, tua me cari-

tas cōpulit, vt de te mihi pollicerer id, quod pollicita sum: nec eo me impulit propria temeritas, sed de tuo consensu nihil ambigens, tametsi eu ignorobam, illud voui, quod de mea mihi voluntati cōstabat. His auditis Aquilinus quidnam ageret, aut quo pacto vicem redderet mulieri de mariti salute tam bene merenti? Non ille argueret, quod existimabat, quam seipso fideliorum sibi experiebatur, idque pro sua incolumitate promisit, sentiebat, quod ipse optauerat, tametsi non presumiserat. Miratur igitur suum in sc̄emina pectus, tu, inquit, charissima, me dicendo anteueristi, quem desiderando anteuertere non potuisti. Hoc enim est, quod equidem iam pridem peroptauis, sed celaui interim tempus opportunum sustinens, quo tuum mihi assensum conciliarem. Vnum tandem adiicere volo, quod à te sentio prætermissum, & tamen puto necessarium. Tu annuam promisisti continētiā, ego opto & polliceor perpetuam, ut pariter non annuam, sed sempiternam possumus adipisci coronam. Consido autem eum, qui omni habenti nempe bonam voluntatem, etiam facultatem dandam pollicetur, nobis affectum pudicitiae perseverantem præbiturum, ut addatur gratia gratiæ, sicut additur promissio promissioni. Hæc cum ille dixisset, coniux gratissimo animo assensit. In sequenti die suscepto itenere domum renertuntur: vbi adeò illi corpora sua ieiuniis, vigiliis exarabant, animas Eleemosynis recreaverunt, ut ipsis quoq; mortuis & crucis habitum gerentibus credere non putares. Ita enim hospitiales

*Votum
Aqui-
lini.*

ministrare, & in eis Christo omni humilitate seruire conspiceres, vt domum illam potius Xenodochium dices, quam aliud quidpiam, atq; interim tamen in laico habitu degere eos pariter, ac si etiamnum carnali inter se consuetudine vterentur. Interim vacante Ebroicensis vrbis fede per obitum B. Aeterni præfulis totius cleri & populi suffragio Episcopus diligitur: trahitur igitur non quasi suus deinceps futurus, sed communiter omnium: primoq; fit clericus: inde gradatim promotus ad Episcopale cæcumē promovetur, in quo iam palam mutata vxore in sororem prolixior in vigiliis & precibus esse studebat: contemplationi etiam operam dabat: secretiq; amans, & fugiens tumultum instar plerorumq; sanctorum, 100. passibus ab Ecclesia Cellam distantem orationis gratia sibi delegit pro populo æquè vel plus profecturus exemplo, quam concione.

De singulari S. Hedwigis Ducissæ Poloniæ in matrimonio continentiae & pietatis amore & exercitio. Ex fide digno Authore.

Surii 15. Octob.

SHEDWIGIS filia Marchionis Morauiae, & Comitis Tyrolis Bertoldi & Agnetis Comitis Rotlochiae ab ipsa pueritia cor gerens senile vitabat leuitates omnes, & bonis assuefaciebat se *Præmoriibus, iusfolētesq; eius aetas respuebat ineptias.* *ta* Studebat innocentis vitæ puritati, semperque honestati *vigilis.*

nestati & grauitati diligentem nauabat operam
 Annos nata 12. præclaro Principi Silesiæ & Poloniae Henrico collocata est : quem illa instar Sanctorum initia. cum timore Demini, non cum libidine sua consensit suscipere : in quo matrimonio ineundo non tam suam, quam parenrum voluntatem creditur secuta, quod ex consecuta continentia fatis aperit. Nam saluo iure honorabilis matrimonium & spe salutis hinc consequendæ quantum licet ex mariti consensu continentiae legem sibi indigebat : nam simulatque se concepisse sentiret, à visitatore usque ad puerperii completionem sese reuerente abstinuit. Vnde nati sunt ipsi tres filii Boleslaus, Conradus, Henricus, & totidem filiae Agnes, Sophia, Gertrudis : quibus in lucem edita deinceps perpetuæ continentiae sese dedidit. Adduxit maritum eodem, ut cum ipse sponte studearet continentiae singulis toto Adventu, & quadragesimæ diebus quatuor temporum, & sextis feriis in vigiliis S.S. & feriis eorum, atque diebus Dominicis, ut gratiore Dei veneratione festa & ieiunia seruaret. Ex tam honorabili matrimonio prodiere pietatis studiosi filii & in primis Henricus patri in principatu succedens, qui anno 1248 in bello contra Tartaros sanguinem profudit. In perpetua continentia per votum utrimque formatæ Episcopi consensu triginta circiter annos a loco toro separati manserunt : quæ continentia cum permultis innotuisser studio vitandi scandali & impedimenti alienæ pietatis cum marito nec la, nec nisi causa inductionis ad opera pietatis, 10

In causis Religiosorum & miserabilium loque-
batur. Religiosis hospitio suscep-
tis locum stre-
bitu & oribus loquentibus iniqua vacantem assi-
gnauit: totaque vita operam dedit, ut sicut coram
Deo sanctissimè, ita etiam apud homines hone-
stissimè versaretur. Itaque semper honestam sibi
adesse voluit familiam: auersabatur detractores
morsu vno loquentem & audientem necantes.
Multas puellas tum nobiles tum ignobiles paren-
tibus & opibus orbatas curandas ac tuendas susce-
pit: ex quibus alias tradidit monasterio præser-
tim Trebnicensi à se constructo & ditato, alias
matrimonio iunxit, ut coniugalem sectarentur
pudicitiam: quasdam viduas ieuniis & precibus
deditas secum semper esse voluit. Porro in Treb-
nicii vicino loco delecto cum parua familia con-
sensu mariti adhuc dum viuentis pietatis causa de-
gebat. Iniuriosis & conuiigatoribus nunquam ni-
si placidè respondebat in hunc ferè modum: Cur
hoc fecistis? Ignoscat tibi Deus. A carnis
quadraginta annis abstinuit, & mira abstinentia vi-
guit vix leguminibus & pulte cereuisiaria, cum
deficeret, adiecit ad panem & aquam in aduen-
tu & quadagesima & feriis sextis multisque fe-
storum pridianis consuetam: cilicio clama è setis
æquinis & alia zona lumbos constringente vt-
itur: pauperibus laetus quam ipsa pastis seruiebat.
Debita subditis remisit, & rusticis pensionum bo-
nam partem, adeo ut Sacellano obiicienti futurum
familiae defectum iuberet eu[er]e esse bono animo,
Deum prouisurum. Cum pensionario atque alios
pau-

*Vetat
oppres-
sionem
panpo-
rum.*

*Judicij
Job 13.*

*Reli-
gio.*

*Pro-
phesia.*

pauperes non posset alia via à Iudicū & alliorū officialium manu liberare , sua pecunia illorum vexationes redimebat. Scriptorem habuit Ludolphum virum prudentem & honestum: quem saepē rogauit cum lacrymis, vt erga homines suos humanitate & clementia vteretur , nec importune exigendis pensionibus eas grauaret : & ne iudices fortasse seueri nimium essent erga tales , ipsa iudicis saepē voluit coram interesse: neque tum per iudicem , sed per aliquem ex Sacellanis siebat iudicium, vt pauperes humanius acciperentur. Coruscationes & tonitrua multum formidabat, quod his elementorum commotionibus memoria & tremore Domini quasi tumentium super se flā. Etuum commoueretur : nec à genuflexionibus & precibus tunc cessabat, benedictæque sacerdotalis manus semper impositionem expetebat. Amabat pietatis in Missa studiosos, & haud dubiè sacerdotes saepè ad piè sacrificandum paratos. Ipsa synaxis perceptura studio precandi, geniculandi, & corpus prosternendi & lacrymarum profusioni peculiariiter indugebant, quo ardore alios accendebat. Diligebat etiam decorem domus Dei , eique & altaris & pro sacerdotalibus indumentis pretiolis ornamenta dedit. In annonæ caritate proclamat̄is pauperibus in villa cibum & frumenta præbuit adhibita æqualitate distributionis, ne inuidentia locum daret: quod maritum docuit, vti & complures preces: morteq; prædictis, si Legnicio castro exiret, quo post triennium relicto mortuus Trebniaci sepultus est, anno 1238. Præsciuit secreta futu-

ra ut de Tartarorum recessu & virginum ad cœnobium reuersione, de morte pauperum, de odiosa & subitanea morte Dæmundis licet absentis gratæ sibi conturernalis, de odio Boleslai in suum Sacellatum Lutholdum, & eiusdem 2. sororum raptu ex cœnobia, quarum altera reuersa, de Monachi post 10. annos Apostasia, de cæde filii sui, de fœminæ morte imminentे & restitutioне, deniq; de sua morte. Itaq; familiarem sibi Caterinam sibi adesse voluit, quam diximus à morte præuisa liberatam, & edoctam de secretis, quæ & vidit luctantē cum 3. dæmonibus sadicitatem ei obiicientibus, quos & à se & ab ipse signo crucis repulit. Ad extremum sancta unctioне petita & accepta B. Magdalena & Catarina eam visitantibus obiit an. 1223.



EX TOMO VI. SVR II,

Nouemb. & Decemb.

*Exemplum de mirabili conuersione S.
Eustathii Ducis & vxoris Theopistæ,
vicissitudine fortunæ, constantia Marty-
rii cum filiis. Aut Sim. Metaph. ex
A. Lipomanno.*

Sur. Tom. 2. Nouemb.

Traiano Cæsare gravante per orbem totum idolatria Eustathius erat dux exercitus nostram

Eufra- tam beneficio, quam victoriarum vsl & præmio
thii Hic genere & opibus excellens, honestisque infuso
virtus per moribus adhucdum infidelis non minus erat
adbus strenuus in vincendis animi perturbationibus, in
Ethuici stitiae, & moderationis tenax, in egenos profusus.
Item Erat autem ei vita socia, quæ studebat ei similiter
uxor. esse socia virtutis. Porro autem illis paullò ante
nati erant duo filii, quos ita educabat, ut ex fructu
esset arbor manifesta: & non magis ex corporeis
lineamentis, quam ex animæ liberalitate appare-
ret similitudo. Et ipse quidem in bello tantæ
fortitudinis, ut solo nomine hostes in fugam
verteret, at extra belli tempus oblectabatur venas-
tione, quæ est bellii meditatio. Quo in studio con-
spicatus aliquando ceruum, quem infuscatus in fu-
ga transilientem in abruptam rupem vidit inter
cornua lucidam in aere efformatam Christi cru-
cifixi effigiem sic cum alloquentis: Quorsum me
insequeris? ego quidem tuis virtutibus faueo, sed
nolim eas tenebris infidelitatis obsolescere. Tui
& hominum salutis amor hac me forma vestiuit

Cōner- è cælo proseeatum. Cumque iterum rogaret, quis
fio u- esset? Dominus mysteria redemptionis plenius
rrisug. aperit: & vt baptismo ad se rediret suscepto, ad-
monuit. His gestis vxori narratis, quæ simili vi-
so de hac mutatione fuerat præmonita, baptisma-
te ipse cum vxore Theopista, & filiis Agapio &
Theopisto est initiatus. Deinde cum ad venatio-
nem rediisset, Christus comprobato facto præ-
monitum de futuris certaminis trophæis & victo-
ria spe gaudioque plenum dimisit. Exinde ances-
an fi-

an fidei vxoris tutō hæc committeret, confusus
tamen pristinis & præsentibus ipsius consiliis &
auxiliis enarrat futuram lucam & tempestatem.
Cœpit igitur illa post paucos dies ab exitio pesti-
fero non solum totius domus animalium, sed et-
iam hominum: quod quidem illis valde graue
accidit tum recordatione pristinæ opulentia, tum
testimonia viciniæ onerosam ignominiam gene-
rosis animis inferente, adeò ut exilium præeli-
gerent, & onusti tantum iis, quæ poterant portare
versus AEgyptum supellectile domus nocentis
turbae præda relicta instituerent. Illo autem tem-
pore triumphale festum agebatur in vrbe ob vi-
ctoriam Persicam Augusto cum reliquis non sine
luctu Ducem victoriæ requirente: cuius profe-
ctionis quidem modum, non tamen mutationis
integral causam resciuere. Eustathius iuuentæ
naui, cuius Dominus barbarus erat ignarusque re-
giminis sui, impositus statim pro naulo coactus
est vxorem dimittere: nec hic sistebat infortu-
nium, sed transmissurus torrétem infantem transf. *Spolia-*
portatum alterum leoni, alterum reuersus Lupo *tur v-*
auferendum debuit permittere dupli doloris au- *xore &*
gmento. At h̄i infantes nescio patre, seque per Dei *Iberis.*
prudentiam omnia suauiter disponentem conso-
lante alter per pastores, alter per agricolas præda-
toribus illæsi sunt extorti, & alimento in vita
conseruati. Exinde Eustathius durioribus, quam
Iob, incommodis conflictatus, in pago Badiso
cœpit terram alienam arare pro mercede, aut hor-
torum custodiæ præesse, ignarus fortis infantium

Volun-
tarium
exilii.

in proximo pago seruatorum, ignarus coniugis
quæ raptoris manibus per eius internectionem im-
tacta euasir. Hic 15. annis versatus occasione bar-
baricæ seditionis eius patriæ hominum aduersus
Romanos, quam vindicaturus Traianus bellum Du-
cem Eustathium vndiq; requiri imperat, à duob;
Inuentus & ob dubia oris & habitus indicia no-
gnitus, licet ipse eos agnoscerebat sub suis olim signis
exercitos, Diuinū implorat cōsilium & auxilium
vocemq; audit cælitus dicentē. Esto bono animo

Fit ite-
rū dux
exerci-
tus.
nam & vita tua priorem accipiet gloriam, & acci-
pies vxore, & ea quæ tibi sunt carissima. Hæc polli-
quam audiuit mixtus erat gaudio & timore, agiti-
tusq; ex cicatrice vulneris in prælio olim accepta
se ipsis aperuit, & de vxoris filiorumq; interitus ca-
su enarravit, obstupescente plece rustica ad tantam
rei uocatiatem, induitusq; comptiori vestitu ad aulam
Cæsaream comitatus est, quo trigesimo die acce-
serunt: ubi humanissime à Traiano acceptus est, qui
& ei aurem conmodauit seriem vicissitudinis sue
fortunæ narrati, & zona dignitateq; redditu exer-
citui præfecit, quem supplemento militū aucturus
suos delectos filios ex pago ignoranter lateri suo
satellites adiūxit occulto amore, & lineamentos
similitudine, & generositatis fortitudinisq; specie-

Expe-
ditio e-
tus.
prouocatus. Promotis ordinib. contra hostes stra-
ge edita fugauit & cecidit, prædaq; capta, & captiuos
abductis iniurias inuasorum vltus, refractoriorum
compremisit spiritus. Data triduo requie militib. in
ameno irriguoq; p̄go tentorium suum fixit pro-
pe hortum vxoris suæ custodiæ demandatum: vi-
& duo ipsius filii mutuis narratiunculis, vt mos est
mille

militia, casuum & gestorum non tam ex sua, quā
aliorū suorum notitia deductis sese fratres mixto
inter gaudia fletu consolatarunt. Nec multū mora
intercessit quin & ipsa mater primū occulte & du-
biè ex signis oris & narratione, cuius orsa non per-
spexerat, ut pater, deinde apertius ex mētione suæ
abductionis ex nauī & paternæ in militia dignita-
tis filios agnitos amplexa est: deinde virum suum
partim testimonio syncero laerymarū, partim o-
mnium antecedētium gestorum cōmemoratione
comperisse vel ipsius confessione innotuit, cui & fi-
lios demonstravit, ipsiq; & simul exercitui nō mi-
nus de victoria, quam Duci familiæ ad vitæ vt ita
dicā reuocatione festiuæ lætitiae ansam suppedituit.
Sed de his quidem satis. Post hæc autem iussis sequi
captiuis, & aliorū spoliorum multitudine ad vrbe
regiam victor profectus est Romam. Cum nondū
autem peruenisset, Traianus quidem è viuis exces-
serat: Adrianus verò post illū suscepit imperium:
qui Eustathium reuersum donis prosecutus latus
trophæis & inuictione familiae. Cum verò Diis pa-
triis sacrificaturus templum intraret pro gratiarū
actione Eustathius declinauit à via & causam ro-
gatus respodit se religione vnius Dei præpeditum
inanima & surda Idola nulla reuerentia vel grati-
tudine dignari. Ergo Imperator ipsum cum con-
iuge & filiis siti iubet Tyrannico Tribunali, ubi
blanditiis ipsorum immota fides obiectu imma-
nium & famelicorum Leonum tentata est: qui eis
reuerenter ad genua acciderunt, & linxerunt: qua-
re imperatorem vti duce ad pietatem decebat,
ea magis irritatus ad dirius supplicium inferen-

194 *Exempla de Coniugio*
dum boui æneo flammis accenso triduo inclusi
Quo finito eos aggressus expertes omnis vulneris
inuenit iam cælo potitos aperta voce, antequam
bouem inirent. cælitus promisso. Populus quidem
Deum verum glorificauit, Tyrannus verò popu-
li clamorem simul reuictus & exterritus recepit
pudore affectus, & sub eo occultè etiam commu-
nis hostis & inimicus. Qui autem ex Christianis
erant valde pii & honesti, cum corpora marty-
rum sustulissent, hymnis prosecuti & psalmodiis
reuerenter in loco sacro deponunt. Deinde cul-
tus simulacrorum desinente furore oratoriam
quoque domum ædificant gloriolis victoribus.

*Duplex exemplum laudabilis & salutari-
ris ipsis coniugibus coniugii Clitophontis
& Leucippe parentum & filii Galactio-
nis cum Episteme itidem conuersa &
martyrio post monasticam simul af-
fæcti. Ex Lipom.*

Sur. Tom. 6. 5. Nouemb.

Vide M. Be- IN Vrbe Emesa Phænicia erat Clitophonge
canum nere, opibus intelligentia insignis, & vxoris eius
de hu- rilitatis causa tristes, sibique & aliis inuisi. Eo
iusmo- tempore secundus vrbis præfectus tantæ crudeli-
tatis erat in Christianos, ut quisque sibi fuga con-
triuo- niis ca. 47. q. 3. de matr.

fulendum putaret: Vnus verò Honofrius habitu *Hono-*
Monachus moribus bonus & religiosus in tali *fri uo nō*
tempestate relinquere periclitantes animas imbe- *deserit*
cillorum statuit non esse viri pii. Verum enim *suos.*
verò cum liberè eloqui pietatem, & in pericula
seipsum coniicere, iudicasset non esse alienum à
reprehensione, neque consentaneum legibus ve-
ræ religionis, tenebat medium, alba veste tegebat
monasticam & paupertatem simulans erat men-
dicus voluntarius dans panem, qui potest con-
firmare animos. Mendicabat fortè stipem ad æ-
des Clitophontis instantius perseverans ita, ut fa-
cile eum permoueret, admittereturque. V-
bi conquesta ei Leucippe de sterilitate sua nul-
lis Deorum rogatorum remediis instaurabili:
nec mirum refert Honofrius, cum & ipsi exercue-
rint opera plena probro, quomodo possint illi a-
lios à probro liberare? At si omnipotentem
Deum velis agnoscere, videbis ad te solā redeun-
tem utilitatem. Leucippe adhibebat animum & *Leu-*
cippe tanquam bonam terram præbebatur verborum *cippe*
illius seminibus, & instructa de Trinitatis fide, *mari-*
deque virtutum studio, & baptismo angebatur *tata cō-*
mariti diuerla sentientis separatione vnionis ani- *merit-*
mi. Ille autem cum & multa alia dixisset & adie- *tur.*
cisset: Tuus quoque maritus mox conuertetur ad
eandem religionem, ei adeò paruit, vt ancillis
quoque statim iussit, vt facerent, quod ipse di-
ceret. Nec mora allata in dolio aqua baptizata
est. Leucippe autem singens & agrotare erat se-
parata fugiens mariti consuetudinem. Neque

enim volebat, cum iam esset purificata spiritu, id
polluere incestis mariti congesionibus. Cum
autem dies aliquot præteriissent, agnouit se in v-
tero concepisse, quod etiam paulo post euadit
manifestum Clitophonti, quod cum vanis Dñis
referret acceptum, illa ad vnum Deum refert, que
solum coleret, quique sibi in somnis apparuerit.

*Clito-
phantis
uxora-
ri con-
uersio.*

Non difficulter vir assensus, sed quis fieret eius, qui
rerū potitur, sicutiam? ait. Leucippe, interim, quidem,
inquit, occultus erit noster in eum cultus.
Licebit verò aliquando eius virtute nobis open-
ferente etiā in die honestè ambulare, & lucis opera
facere manifestè, & cum inferuisset de Honofrii
ministerio & prædictione, ab eodem paulo post
baptisma & fidem suscepit. Porro natus filius

*Partus
Leu-
cippe.*

Leucippes ab Honofrio baptizatus postmodum
ludis litterariis traditus est, & in perfectioni-
bus exercitus disciplinis præclara sua indole vel
ipsos magistros relinquebat à tergo. Cum au-

*Gala-
tion E.
pisto-
men.*

tem ageret 24. annum curæ erat patri ei conue-
nientem vitæ coniungere sociam, cum mater
iam è vita excessisset. Erat autem tunc quedam
virgo Episteme pulchritudine & morum hone-
state, & nobilitate omnibus antecellens. Eam
despondit Galation quidem ad speciem mari-
monii, posteà autem ad vniōnem animæ. Cum
verò vitæ societatem ægrè cum ea freret Gal-
ation propter religionis dissimilitudinem, à ne-
cessariis saepē exigeabantur rationes, qui eam ren-
ægrè, ferebant, & grauiter expendebant. Cum
causam ipsa à sponso plenius percepisset, eiusdem
conic

consilio fidem, & manibus baptismum suscepit.
 Post octiduum in somnis visa est sibi versari in
 regis aedibus, in quibus tres chorici erant eorum, qui
 se à mundo separant, & ab iis quae sunt mundi, & *Visio.*
 seruant virginitatem, & elegerunt agere vitam
 Christo convenientem. Eorum autem, qui erant
 nigra veste induiti, ipsos dixit esse similes angelis:
 illorum enim penna & ignis simul celeritatem &
 vires exprimunt inexpugnabiles. Episteme re-
 rum honestarum incēsa amore: num verò, inquit, *Episte-*
 & marite, si à nobis inuicem discesserimus, & ad *men cō-*
 Deum accesserimus, poterimus eam quoque, quae
 est inter nos, conseruare affectionem? Da mihi hu-
 ius rei firmam & certam cautionem: nec ego vn-
 quā recusabo, quo minus sim tibi socia huius pro-
 positi. Cum autem sibi inuicem sancte dedissent
 fidem, nunquam esse à se inuicem animis discessu-
 ros, distributis opibus Butolmio famulorum be-
 neuolentissimo sequi iuslo egressi sunt vitam su-
 scepturi solitariam, & decem dierum itinere con- *Indusse*
 fecto venerunt ad montem Publicum Sinæ mon- *mona-*
 ti vicinum, ubi Galaction in decem monachorū *sticen.*
 consortium est admissus, Episteme verò missa est
 ad procul remotum Claustrum, in quo 4. virgi-
 nes exercebantur. At Galaction, quam non viam
 quidem iniit, quae posset docere moderationem?
 Quem autem sensum nos etudit, limiae & mo-
 dos imponens omnibus, & cogens eos parere ra-
 tioni? Ita autem curae ei fuerunt ieunia, ut
 duos annos scilicet in hebdomada pane sclo ve-
 sceretur, eoque modico, & quantum satis esset

ad viuendum. Cum inedia verò se ctiam exercebat in vigiliis, & in perpetuo studio orationis Pudicitiae autem tantam curam gesit, vt nec vniire quidem in conspectum mulieris vnquam induxerit in animum, ex quo fuit ad vitam adscriptus monasticam. Eo tempore saeviens Imperator in Christi cultores audiuit Sinæ monachos Incolas eius esse generis. Tunc Episteme in somnis vidit sibi & sponso coronas victoriae preparatas, & post paullum eminus conspicata abductum à militibus Galactiōnēm infecuta est, vt & ipsa animo ab eo non separetur, vt conditione sic certamine. Productum Galactiōnēm minaciter intuitus præses afflatur: *Quis hic trifitis & cogitatibus, & cui nam alii diuinum cultu tribuens Deos negligit?* Quem Christianum se profitentem, amentiae idoloatras accusantem posse vincitum manibus iuſſit verberari flagris. Alpiciens hoc Episteme, quæ simul vinclata erat, ô, ait insatiabilem animum ad cædenda iuuenilia membra multis exhausta exercitationibus. Quomodo autem manus ministrorum tot illatis plagiis non obtorpuit? Præses ad iram magis accensus: Hanc impudentem & temerariam, inquit, scemnam ad lineam usque tunicam nudate vestibus, & flagris valde cedite, vt cautè discat loqui, & non sed tam arroganter gerat aduersus superiores. Illa diu cæsa ait: ob hanc indignam oculis crudelitatem te manet supplicium illic, nec minus hos hic. Dixit, & mox visu orbiati sunt, qui erant circa præsidem. Hoc autem sanctæ quidem gloriam,

ils verò, qui puniebant, conciliauit salutem. Oculorum enim cæcitas depulit animæ nubem, & eos illuminauit luce Dei cognitionis. Propterea confessi sunt se Christo credere, & rursus numero 53, viri visum receperunt. At par coniugum acutis a rundinibus confixum truncatis manibus & pedibus capite plectitur.

Exemplum S. Matronæ coniugatæ viri perfectionem fugientis amore Vitæ monasticæ & salutis. Ex Aloysio Lipomanno.

Sur. Tom. 6.8. Nou.

Est in Asia regio Pamphilia ita dicta, quod abundet copia hominum & rerum ad vitam necessariarum. In huius ciuitate Perga suit educata B. Matrona, quæ à parentibus adepta liberalem disciplinam & educationem cum iam esset nubilis (erat enim insignis pulchritudine) iungitur marito non vulgari non plebeio nomine Domitiano: fitque mater vnius filiæ, cui statim ex futuris tribuit appellationem, ut quæ eam nominaret Thedoten: Deo autem dederit eam ex ipsis fasciis. Atque ut post nuptias quidem & cohabitationem moderationem exerceret, & à fastu alienationem, & ornaretur non ornatu, qui consistit in facta & futura pulchritudine, sed in interno animæ homini, adhibebat studium, ut in temperantia vitam degeret & honestate. Hæc, coniugium optione

*Edue.
catio.*

P 5 petita

x. Cor.

7.

**Defi-
derium
soni-
nentia.**

petita & concessa cum marito eligit habitatio-
nem Bizantii eo fine, quem maritum celabat, v-
Diuino cultui abundantius & liberius vacare.
Itaque urbem ingressa regiam toto die assidue
in templis Sanctorum, nec diu, nec noctu ab-
recedens, ieuniisque & precum curam gerens, &
facultates impertiens egentibus, & Deum assidue
rogans, vt saporetur in ea innatum bellum car-
nis: erat enim tunc ætate iuuenis, vt quæ non es-
set nata plusquam viginti quinque annos: cu-
piebat enim viuere sine marito, vt libere vac-
ret spiritualibus & Diuinioribus, ad quæ na-
est incitatricem Eugeniam nocturnis stationibus
& orationibus intentam, cum qua exercitio
Monachalibus se tradebat. At maritus trahebat
hæc in sinistram suspicionem cupiditatum ab i-
psa exercendarum, adhibebatque custodiæ,
ne domo efferret pedem, quod minimè ipsa
voluit tandemque precibus sibi libertatem han-
obtinuit. Cum esset in templo sanctorum Apo-
stolorum sollicitis precibus à Deo petit absolu-
tionem mundi vinculorum. Clauso vesperi tem-
plo in quodam porticu Susannæ sibi olim fami-
iliaris habitaculo inuento pernoctauit, quæ virg-
initatem Deo ab ineunte ætate consecrauerat.
Die illucescente accedit Eugeniam consulatio-
nis causa, quæ dixit ei, vt filiæ primam curam
gereret: quam Susannæ committendam est rati-
modò ipsa non frustretur solitaria vita & Mono-
nastica. At modus huius vitæ adhuc quareni-
per preces oblata est visio in somnis, viri se perle-
quenti

quentis fugientem & à Monachis seruatam, quod
erat indicio, quod in monasterio oporteret susci-
pere vitam virorum Monachorum, sic enim fore
& vt marito & aliis esset ignota. Cum se ergo
ad cutem usque totendisset, & Eunuchi habitum
induisset, rursum venit cum Eugenia in templum
vbi aperto libro legit: quicunque vult venire
post me abneget semetipsum, & tollat crucem
suam, & sequatur me. Hinc Dei auxilio confitae se-
parantur. Matrona autem cum, vt dictum est, se *Syssis-*
Eunuchum simulasset, & Babylam seipsum nomi- *pitur in*
nasset, ad S. Bassiani accedit monasterium: & acce- *clau-*
pta à Monachis protinus ad certamina se paravit *stro S.*
Spiritualia non pallore vultus, nec tristitia faciei, *Bassia-*
sed germanè potius & verè virtutem exercens, & *ni.*
omnibus modis studens latere: vt propemodum
proiecta fuerit ad summum vitæ, quæ ex Deo agi-
tur: & haberetur ab omnibus in admiratione,
quomodo vir, qui erat imbecillus, utpote Eunu-
chus, tam fortiter se gesserit aduersus labores, &
omnes monachos contendit superare: magno &
excelso animo iram cohibens, & gloriam tanquam
vanam despiciens, omnē obedientiam ex summa
complectens modestia. Et certe non poterant in-
uidere. Zelus enim, qui est ex virtute, liber est ab
omni inuidia: eum autem potius celebrant tan-
quam magistrum, plus etiam incitati ad imitatio-
inem; propemodum verò etiam cognitum fuis-
set eam esse mulierem, nisi exortam suspicio-
nem spirituali amouisset sapientia. Cum igitur
ambæ essent perforatae auriculæ, causam ro-
gata

gata respondit, id benevolentia nutricis factum
ornamenta auribus largitæ. Dein memor Euge-
geniæ, quæ dixerat, rem esse admodum difficultem
mulierem versari simul cū viris, & tentare, ut ip-
sæ videatur vir, sicut illi, nec fieri posse, ut perpetua-
lateat simulatio: attentiori tamen cogitatione

*Oratio
ad Deum*

sola Deum alloquens: Tuo nutu, dicebat, ô Do-
mine, vitam suscepi monasticam, & eum, qui ius-
sit sequi, nunquam retrò conuersa sum secuta:
Quamobrem ne efficias, ut ego vñquam measpe-
fallar, nec ab hoc bono proposito vñquam ex-
cidam. Sed tu meam defendens imbecillitatem,
annue, ut meo scopo finis accedat similis. Hac
dicens videbatur etiam videre pura anima melio-
rem exitum. Postmodum ut diu celata Bassia-
no, etiam si non esset expers doni perspicendi,
tandem in somnis de eius statu commonitus, &
eodem tempore Acatius Pastor Monasterii Diui-
ni Abraami, qui nunciat id Bassiano. Quare ab eo
accessita ait: Non tentationem ô Domine, vo-
lens adferre, me retuli in numerum tui gregis: sed
tentationem potius fugiens ab aduersariis, & la-
queos, qui sunt in mundo, declinans. Cui rursus
respondebat Bassianus: Quonodo autem cum sis
mulier, ad Diuina sacramenta accessisti nudo ca-
pite, & in pacis salutatione os tuum secure ex-
hibuisti fratribus? Illa verò. Quod ad Diuinam
quidem attinet dona, inquit, simulans imbecilli-
tatem, non omnino auferens tegmen, quod erat
in capite, ita ad sacrauentorum accedebam com-
munionem: charitatis autem apud fratres signum
nunquam

*Dete-
gitur
sexus.*

nunquam recusabam. Neque enim hominum vultibus, sed hominibus angelicam imitantibus imparibilitatem meipsam offerre existimabam. Et cum ulterius ritulisset de suo pristino statu cum marito, qui eam minis & verberibus retardauerat à mundi deserendi proposito, deque sua visione, cuperetque de cætero vitæ Monasticæ inhærere, Bassianus monitis ipsi profuturis datis, de cætero, inquit, ô filia, oportet te vittam tuo capiti imponere propter legem naturæ, & sic supernam expectare vocationem: nec se ei dixit neglecturum, quæ ad opem ei ferendam pertinent. Interim filia defuncta, sublataque molestia eius Dei nutu, famaque rei gestæ quaqua versum peruagante maritus nunquam & nusquam segnis in requirenda vxore, fores monasterii pulsat, & stomachabundus detentam repetit vxorem. Bassianus de Eunucho Babylonia respondit, qui mulieris ante diebus ex causa hinc discessisset, vbi nam autem nunc degat, soli Deo cognitum esse. At vir voto suo fulstratus zelotypia & ira implicitus abiit: Consultanti autem Bassiano cum suis de Matronæ salute & tutela Marcellus Diaconus hanc dixit sententiam: In Emesa ciuitate (ille enim ex ea ortus erat) dicens esse monasterium mulierum, in quo etiam suam sororem esse unam ex iis, quæ exercentur. Si ergo tibi placet, ad id mittatur. Sic enim licebit curam de ea deponere. Quo cum venit, benignè accepta tanto studio se exercebat in laboribus viuentis, ut monachis videretur exemplar non facile decertantibus aduer-

Mari-
cus u-
xorem
requi-
rit.

Instrat
virgi-
nū cæ-
nobiti.

aduersus paria eius certamina. Quare omnis suffragii praefectæ mortuæ in regimine subsistuntur. Quo magis ergo studebat latere Matrona eo magis curæ erat Deo eam reddere manifestam, & illius lucem ponere super candelabrum, & evidentem eitis reddere virtutem. In illo autem tempore Agricola quidam prædium operans multis diebus vedit flammatum è terra cuncti. Huc cum Clero veniens Episcopus, vi pars erat, facta oratione iussit terram fodere, quo facto inuenierunt venerandum corpus Sancti Ioannis Baptista. Ad huius famam miraculi omnis circum populus confluxit: venit etiam Matrona cum suis, & hausit ex vnguento capitis, quod erat propositum, ut & alii sacerdotes haustum distribuebant: & illa quidem eo mulieri cæcæ liniens oculos perfranuit, quæ præ compressione cum aliis vix poterat accedere, quæ illustrius eius fama diffusa maritum Domitianum rufus ad requirendam coniugem permouit, petiitque, cum ingressus viris efficitus, eam orationis gratia videre. Matrona septem dierum inducias precata abiit hierosolymam piloso indumento & panis fragmento contenta. Diebus 7. finitis aliæ super venientes mulieres eam abesse referunt: nec adhuc cefas curiosè perscrutari, donec veniret hierosolymam, in quo itinere elusit obuium fixis humi oculis quali lapidem sublatura, & tres fermatas obuias viras detecturas triduum rogauit.

donis

¶onec Sinam profecta inde remearet virum conuentur: Hoc vir cognito festine insequitur, ut ipsa cogeretur in idolorum delubrum Beryti diuertere, satius in dæmonum aut ferarum corpus tantum perdentium manus incidere, quam viri animam cum corpore ledere parantis, ubi satis habuit resistere vulturibus, laruis, insidiosis promissis, nuptiarum, minis denique acerbis dæmoniacis. Deinde inuenit, quæ in suam disciplinam se cupiebant tradere, quas cum Bizantium rediisset, ad se accersiuit fummam ei obedientiam præsturas: quibus magis inclaruit, ut Verina imperatrix eam charara haberet & inuiseret, & Euphemia vidua ditissima non modo se ei adiungeret, sed etiam facultates & domos ad condendum Virginale monasterium donaret. quo donato ipsa perfectè, quæ antea ratu Beatae remissiorem senserat morbum, sanata est & altera accessit Athanasia traditis omnibus ei facultatibus. Denique præscita salutis suæ magnitudine anno centesimo vita do-
functa est.



Encos

Encomium parentum S. Eduardi Archiepiscopi, qui ipsis oblynseram pueritiae sue curam sanctitatem merito acceptam referre potuit, per continentia
Monasticæ & aliorum operum studiū ad Cœlum properantibus.

Sur. Tom. 6. 16. Nouemb.

S Edmundus Abendiono in pago purius cuiusque castitatis præsigio nomen, tum ad imitationem S. alterius cognominis preces matris suum monumentum approbantis olim Martyris accepit. Mater dicta Mabilia, pater Eduardus, qui vxore consentiente in claustro Cynefhamio Monasticam vestem indutus felici cursum vitae huius reliqua spacia est emensus. Mabilia in sæculo sæculariter viuens carnem suam cum vitiis & concupiscentiis crucifixit. Reiecto enim sæculari habitu singulis prope noctibus intererat nocturnis Abendioni Monachorum psalmodiis atque ad nudum corpus vestem adhibebat ciliciam, quæ & aspera esset, & ad talos usque pertingeret, utque ea magis affligeret carnem, loricam ferream ei adiunxit ad suras usq; ad pertinentem. Inter ipsam autem loricam duæ erant laminæ ferreas, quæ cruciatum augerent. Horum autem ipsam moriens

moriens hæredes esse voluit duos filios suos Edmundum & Robertum. Tales fuere B. Edmundi parentes rebus quidem temporariis locupletes mediocriter, sed morum opibus præpollentes. Atque ita factum est, ut B. Edmundus ab ipsis prope incunabilis admodum religiose à matre educaretur, & in tenera ætate disceret, quemadmodum postea etiam adultus in preces & ieiunia incumbere deberet. Nam ut sua sponte seruis sextis pane & aqua contentus esset, pia mater ei & promittere & largiri solebat munuscula, quibus sciaret illam ætatulam facile inuitari, ut sic arte quādam salutaris parsimoniae studium ei iam tum instillaret. Mater utriusque filio Parisiis in scholis versanti & cilicia misit bis terue hebdomatim induendā ad fistendum præcipitem eius ætatis feruorem. Et quidem Edmundus omnem à se leuitatem repellens chœras aliaque ludicra spectacula deuertauit, & festiuis diebus ex doctrina ante prandium totum psalterium legebat. Oxonii deambulanti cum sociis & postea citè se subducenti, ne conscientiæ puritatem vel nugis puerilibus, vel otiosis sermonibus contaminaret puer Iesus apparuit, & salute impertita hæsitantī dicit, an se nosceret. Negantī respondit: qui fieri potest, cum aliudius lateris tui cōmes sim in scholis? vide faciem meam. Intuitus legit: Ies. Naz. Rex. Iud. hoc igitur, alt, nōmen āma, noctu fronti imprimē tibi & aliis præsidium contra mortem improvisam. Exinde puer nocte dieque passionis Dominicæ meditatione delectatus, qua semel neglecta Dæmon

*Vie cō-
suetu-
dini.*

*Prude-
ntia in-
ducēdi-*

*Donat
cilicia.*

sub

sub auctoram vtramque ei manum à crucis formatione prohibuit: quem adiuratum per pauci-
nem & sanguinem Christi compulit dicere, quibus
cius infestatio maximè amoueat, respon-
ditque nominatis duobus. Mater in extremis ve-
fans benedictionem petenti impertit rogan-
tis ut eandem absentibus liberis impertiret ait: in te
fili mi, eam percipient tuae virtutis & gratiae par-
ticipes futuri. Non enim latuit matrem, quis qui-
tusque futurus esset, cum id indiciis quibusdam
Obitus
matri. iam ante designatum esset. Viderat enim ipsa
nocte quadam in somnis coronam spineam feren-
tem in capite suo, quæ vehementer accensa flame-
mas ad sidera vibrabat.

*Illustriſſima virtutibus ætas Iunior &
ſtatus coniugalis S. Elisabetæ ortæ Regi-
bus Hungariæ nuptæ Illustriſſimo Prin-
cipi Langrauiio Turingiæ & Haſſie
authore Iacobo Spirenſi.*

Sur. Tom. 6. 19. Nouemb.

*Deſpo-
ſatio.* **S** Elisabeta nata est regibus Hungariæ An-
drea & Gertrude pietate, prudentia & for-
titudine regendi inclytis. Lactantem adhuc Her-
mannus Turingiæ maximus princeps (quem vul-
go Langrauium vocant) Ludouico filio infantia-
missa legatione desponderi curauit. Quadriman-
posta milis legatis ad se adduci nō ægrè obtinuit.
Adi-

Adiecta sunt cum argenteo cunarum torcumata
monilia, vestes sericæ, scyphi auro & argento gra-
ues, lunulæ, vñionibus intertextæ, corollæ, annuli,
fasciolæ, calanticæ, periscelides, murænulæ, peri-
stromata, luter argenteus: quin etiam culcitræ plu-
meæ puluilli, ceruicalia lintcola byfsina, lodices,
& alia id genus non pauca, vis deniq; non medio-
cris pecuniæ, promissa item alia priori munificen-
tiæ consentanea supplementa. Iamq; à peruentio-
ne triennium ibi exegerat, cum fædo rumore per-
crebuit, Reginam insidiosa quorundam Procerū
machinatione fato concessisse. Hoc æui agens E-
lisabeta argumenta quædam sæpenumerò, ac vel-
uti progymnas mata futuræ sanctitatis edebat.

Basilicas namque sanctorum ingressa pro altari *Pietas*
quolibet nunc genua flectere, nunc puellari de- *in pue-*
centia prostrerni, unc oculos manusque attol- *ritia.*
lere, & si quando inter ludendum, (vt habet æ-
tas illa) proximè clausi templi fores accessisset,
humi procumbere, & sacra limina crebrius oscu-
lari. Lustandi etiam studio occasionem humi-
litatis quærebat, staturam suam scitè admodum
ad alicuius è sodalibus mensa corpusculum:
quam vbi tenero arctatam complexu, artifici ro-
tatu afflixisset, statim & ipsa prostrata, ve-
niā petendo, offensiunculam, si qua inter-
cessisset, deprecabatur. Decimam quoque por-
tiunculam lucelli, quod ipsi ex lusu prouenis-
set, pauperibus erogabat puellis, debito illas
obstringens Dominicam precationem, & An-
gelicam salutationem fundendi. Iam nonum

ingredi annum cæperat, cum repente præter annum opinionem princeps ipsius sponsipater hac vita migravit. Aetatis deinceps incrementum accessione profectuque virtutum accumulid in primis faciendum sibi destinauerat, vt in omnibus rebus Deum præ oculis haberet, illumin spectorem cordis humani cogitaret, illum penitus præsentem haud segniter obseruaret, illius causam vestium decorem carnis lenocinia, mundi vanitatem abiiceret, proculcaret, contemneret. Votum quotidie preces Deo fundebat: quas interdum si quopiam impedita negotio intermisisset, noctu

Patro- persoluebat. D. Ioannem Apostolum præter car-
nus S. teros charum sibi patroni loco delegerat imita-
Ioan- pietatem Christianorum, quibus sigillatim eligere
nnes. aliquem ex cætu Apostolorum, quem familiariter Clientum more colant, consuetudo est. Ob eius nomen meritumque rogantibus nihil cuiquam denegandum putavit. Festos dies pro ingenio modulo religiose admodum peragebat, ita ut (quod ea ætate fuit permirum) semper aliquid sibi de ornatu corpusculi decerperet: sciens Deo mente magis, quam vestem placere, acceptiore quoque animum esse religionis studio deditum, quam corpus margaritis, purpura, lapillis, auroque & argento præfulgidum. Proinde Chyrothecarum sum tantisper intermittebat, dum res Diuina completeretur volens officio quantumuis parvum consuetudini suæ aliquid detrahere, & voluntati aliud suadenti p̄ Deo contrarium ingerere. Puellari lusu præpeditæ si quando fortuna latior

apie

spirabat, cessandum sibi potius esse aiebat, quandoquidem prosperioris auræ demulceretur afflatus. In choreis, quas vitare non poterat, semel tantummodo circumcisæ contenta satis esse dicebat: uno se Gyro mundi amatoribus gesissæ morem, reliquos ob Christi amorem intermissuram. Ita quotidiano fermè exercitio, & affectioni aliorum propensæ renitendo, & dissolutoris vitæ laxamenta declinando ad maiora Christianæ pietatis officia semet subrigebat. Educabatur vñà cum Elisabeta soror sponsi Agnes Virgo admodum pulchra. Quæ duæ dum ad Ecclesiam eundum esset, pari vestium ornatu decoratae, parique coronarum gemmis auroque fulgentium instructæ gemmamine Sophiam sponsi matrem modico intervallo. (vt nobilium mos est) antecedebant. Ingressis templum coronam Elisabeta statim deponebat, atque tam diu inglorium verticem ostendere perfeuerabat, quoad ritu sacrorum completo dominum redire monebatur. Quod cum Sophiæ veluti temerè factum vehementer disipliceret, percon- *Reue-*
tanti causam ita respondit Elisabeta. Absit à me *rentia*
tanta impietas, vt ibi caput meum turrito fastu *in tem-*
micantis coronæ superbiat, vbi caput saluatoris plo-
mei spinis coronatum acerbè compungitur. Sed
quia virtutem sequitur inuidia, & innocentium
vita reprobis semper solet esse despiciui, cæpere *Deri-*
nonnullis ex aulicis teneræ Virginis verecundiam *detur*
iniuriis afficere, laceſſere contumeliis, clanculō *insta-*
carpere, atque palam cachinans, nutu, cauilllis in- *simpli-*
cessere. His accedebant Sophiæ & Agnetis mo- *citas.*

res ab Elisabetæ moribus valde discrepantes, dum
hæc præterquam Deo nemini placere cuperet
illæ ut mundo placerent, parui reserue iudicabantur
si Deo displicerent. Ita mentium diuersi affectus
morum quoque dissimilitudinem, (vt assolet)
exprefſerant: vnde exortus liuor sic innocentem
puellæ ad virtutum gradum fecit, vt illis ruinæ
non patuam occasionem præstaret. Auxit quoque
que inuidiam quotidiane conuersationis humi-
litas, per quam sacra virgo relictis nobilibus &
purpuratis pauperum magis & ancillarum gau-
debat consortio, fruebatur alloquiis, operibus
occupabatur: vt Sophiæ dictamine clauſtra non
indigna censeretur. Quidam etiam procerum
imparem nuptiis dotem arguebant, eamque cum
puella indigna tanto principe Hungaræ esse re-
mittendam. Qua loquendi libertate quidam no-
bilis Gualterus offensus principem per occasio-
nem in via de mente sua percontatur, qui respon-
dit, se si optio detur aurei montis & puellæ, hoc
præ illo electuram, quod responsum, venia prin-
cipis ad puellam delatum cum munere tanquam
firmamento benevolentiae. Erat autem è spe-
culari lapide in tenuissimas crustas fillo gemi-
na facie speculum sic fabrefactum, vt pars vna vi-
tri modo translucida, colorumque fuscis nude-
ret: altera Christianæ crucifixionis figuram
præferret: quo munere mirificè lætata & spon-
si constantiam, & inuidiæ compressionem co-
gnouit. Transgressam nubiles annos uxores
princeps duxit. In quo matrimonio nihil de fer-
uon

uore remisit, sed potius auxit. Enim uero medita-
tione animum pascebat, corpusculum vigiliis, pre-
cibus, ieuniis exercebat. Mollitiem tori vereba-
tur, ne quantum carni indulgetet, in tantum
Christi amore indigna esset. Ob id noctu deser-
to principis accubitu, ipso vel quiescente, vel dis-
simulante, vel etiam palam consentiente, matu-
rius exurgere, precibus operam dare, ac semet sua- *Nocturne*
que omnia Deo commendare solita erat, saepius *ne pre-*
culè ob morem orandi super stratos humi tapetes ces.
deprehensa dormire. Querebatur interdum indi-
gnorem se fuisse, quam ut suam Christo virginis-
tatem dedicaret. Deinde sexto quoque die se vir-
garum flagellis cedebat. Conradi Marpurgens-
sis authoritate Pontifícia muniti ad concionan-
dum per partes Alemaniæ, qui vita & eruditio-
ne praeclarus fuit, obcedientiæ, assensu principis,
se addixit, paruitque præcipue monenti, ne quo *Timor*
victu per vim aut per aliud compilationis genus *tangeret*
parto aleretur: ideoque subinde ad singula quæ- *aliena*
que fercula expauescebat, & ex dote sua pro se ferens
& tribus famulabus continentia huius sociis de- *la.*
cerpebat: Destinabat & princeps pari cura pro-
uidere, nisi quorundam procerum obtreftatio-
ne delirio aut superstitioni ascribentium se re-
tardatum quereretur. Et quidem temperan-
tiæ regulas non præteribat. Enim uero dum nunc
principem alloquitur, nunc his lauiores bucellas
apponit, nunc illis poculum officii gratia porrigit, *Tempes-*
nunc statoribus, ancillisue negotium aliquod iniū- *rantia.*
git, etiā ipsa à non curatibus elistare putari poterat:

cum tamen aliis affatim expletis sæpius ipsa famelica triclinio excesserit, tortulisque mellitis, aut arido pane sustentari habuerit necesse. Ceterum si cui ademptam iniuste rem familiarem compriisset, confessim damnum omne ita resarciri curauit, ut is, qui iacturam fecisset, non tam perdidisse, quam commutasse suas res videretur. Aduenierat festus quidam dies, cum Elisabetha pretiosis ornata vestibus, aureamque capite gestans coronam, ac familia frequenti stipata in subiectum arcii templum ibat. Ingressam primo statim intuitu crux Dominica, atque ex ea pendens imago Salvatoris penitissimè compunxit, compunctæ lacrymas excussum, lacrymanti talia cogitanda suggessit. En creator, & redemptor meus nudo corpore breui duntaxat protectus tegmine mei causa ignominiosam in cruce mortem operitur. At ego misera gemmis, auro, purpura, bysso conlecta vitam cælestibus indignam beneficiis perdo magis, quam ago. Illius caput intrâ Pilati ædes spinea corona dispunxit: meum vero aurea venustat, Illumabamicis & discipulis desertum Iudæorum vallarunt opprobria: me numerosa circumdatam familia, cuncti suspiciunt, & honorant. Hic meus erga illum obseruant, seruor, hæc animi gratitudo, hoc vicariae dilectionis munus. Me miseram! Sic illius obedio præceptis beneficia reueluo, vestigia sequor, qui me cum non essem creauit, perditamque sanguine redemit. Tantæ item hi cogitatus intentio-
nis erant, ut destituto viribus corpusculo palle-
scens

*Crucis
forma
immu-
tata.*

scens humi velut ex minis pro laberetur , aliis sti-
pantibus & tantisper sacris vndis aspergentibus,
dum stupore cessante compos mentis redderetur.
Hac defectione veluti quodam oraculo persua-
sa precioso deinceps amictu, quoad eius personæ,
quam gerebat honestas, patcretur, abstinuit, ita
vt sæpenumero sub holosericis vestibus cilicium
gestarit , & deinceps principe tantum præiente
comptiore ornatu , absente plebeio vteretur ca-
stis matronis exemplum futura. Idem tandem Vestis
tus hys-
milia-
tus.
pertinaci instantia opulentis mulieribus sibi fa-
miliaribus persuasit : efficitque ut quedam illa-
rum voto etiam perpetuæ castitatis se obstringe-
rent. Tres eis proles obtigere, Hermannus prin-
cipatus hæres, altera filiarum Duci Brabantiae nu-
pta, altera virgo Claustralil, postea Domina. So-
lita fuit puerpera post expletum tempus, quo so-
lent se domi continere, Laneo amictu, descensu
pedestri confragosi montis prolem templo illa-
ram super aram pōnere, cum funali cereo : reuer-
saque pauperculam quam piam fœminam donare
tunica & pallio. Pauperibus ægris principis af-
fensi valde benigna erat. Tempore coniuii pro-
ceribus adornati cum tardius accederet à mendi-
co in gradibus importunè rogata stipem, nec mo-
ram, quoad mitteretur, sustinente, preciosum pal-
lium detractum ipsi donavit. Ad quod nuncium
surgent & sciscitant principi in pertica suspensum
monstrauit, quod ipsum id esse cognouit. Otii de-
clinandi causa tempus, quod exercitiis spirituali-
bus, vel curationi corporis supererat labore ma-

nuum terebat. Nec tamen more matronarum nobilium bombycina sericaue pensa decerpere, aut lentescentis auri bracteolas in fila torquere, immittendisque subtegminibus adhibere: sed magis inter ancillas lanæ dedita, modò more aliorum neta in glomum colligere, collecta ad texendum deferre: texta denique tum pauperibus, tum principiè Francisci Assisiatis institutum professis elatigi solebat: nec laceras egenorum vestes graubatur resarcire, vel pauperculis puerperis solatia & munera impertiri nihil viarum & ædicularum incommoditatem morata, & superinductis corpori & capiti vilioribus tegmentis pro Dei amore humiliter defixis oculis procedere. Subministrante peccandi licentiam opum copia & volutatum, & frequentia familiæ paupertatem contramorem hominum præferebat, quod vel ex eo constat, quod cum legatis à rege patre misis non posset decenter vestita apparere, nisi statim essent vestes parandæ, nolo inquit principi, vestibus placere humano respectu, ne moribus displiceam Deo. Ingressam autem ad legatos totius pulchritudinis author tanto decore venustauit, ut hyacinthina veste & pretiosissimis adornata margarinis non sine magna omnium admiratione appareret dicens ipsa principi sciscitantí secretam causam: huiusmodi scit dominus meus, cum voluerit, ornamenta præparare. Celebrationi salutaris hostium ab ineunte adolescentia libenter, tum processu ætatis libentissimè interesse cōsuevit, ita ut ipsa, cum instaret tempus sacri, ingressu ædis non semel

ancil-

ancillas anteuetererit. Quo tempore cohibita, quatenus valebat, mentis euagatione, si quid gestabat ornamenti, quo citra vitium muliebris decentiae carere poterat, id omne tantisper vel deponebat, vel occultabat, dum finis esset. Maximè verò singularis aliquid reuerentia præferebat, cum aut Euangelium recitaretur, vel Christi corpus tractaretur admirans in eo mortalibus Dei potentiam, sapientiam in antidoti præparatione, benignitatem in gratuita & liberali dispensatione exhiberi. Verum quia non facile tegi vehemens animi affectio potest, quin aliquando exundet: contigit quandoque taliter affectam, à consecratione peracta, luce coruscantem vultum reuerberatione sacerdotis oculos intuiti perstringere. Sanctiones Ecclesiasticas, tum alias, tum in Quadragesima obseruabat religiosè, non modò precibus, Eleemosynis, iejunio dedita, sed crebro etiam virgis infusione sauiens. Festos dies, cum redemptionis nostræ mysteria repræsentantur, tanto coluit studio, ut ipsius in Christum propensissimus amor vix vnam clarius emicaret. Die cœnæ Domini plebeio vestitu induita postmeridianam basilicarum visitationem ita humili schemeate peragebat, ut non nisi una è vulgo putari ab ignorantibus posset. Tum etiam accitos duodecim è pauperioribus tanto dignata est honore, ut prostrata pedes eorum lauerit, exterserit, osculo impertiuenterit: singulari denique duodenos nummos, pannumque ad mensuram cōmodæ vestis, atque tunc panem donauerit. Nocte præcedente parasceu[n]t trāfacta in meditanda

ditanda paſiōne mandabat ancillis, ne quem ſibi
toto die honorem impertirent. Exinde concinna-
tos manu ſua lini faſciculos itemque acerram
thuris plenam, atque elychaia ad iſtar minutif-
ſimarum candelarum cerata, plurimos nummu-
los sumens lustrabat nudis pedibus vñā cum po-
pularibus turbis fana omnia, arasque ſingulas or-
dine venerata imposuit ſingulis lini faſciculum,
thuris granum, ardentemque cereolum, quaqua
verſum nummulos egenis diſpertiebat: & quam-
uis id teñacitati quidam tribuebant, eorum iudi-
cio ſpreto perſuerabat. Luftrationum ſeu roga-
tionum triduum laneis amicta, nudaque pedibus
obſeruabat, Christi crucem, atque SS. reliquias in-
differenter infecuta cum vulgo, Dei quoque ver-
bum auditura pauperioribus ſe ſceninis ſemper
intermiſcuit non ignorans cæleſte ſemeū humili-
li cordis gleba vberius exurgere. Exorta fame
per Germaniam anno 1225 Principe in Apuliam
ad Cæſarem proſecto omne frumentum paupe-
ribus diſtribuit: & quia ægris petiū ad mon-
tem non ſuppetebat facultas, in radicibus montis
Xenodochium extruxit, pro iis tantum ægris, qui
membra affecta haberent, quibus pafcedis, ſolan-
dis, curandis, refocillandis purgandis humili-
que obsequia manu ſua quotidie praeftabat
non grauata ab arcis declivi via deſcendere: qui-
busdam etiam ſelectis quotidie ad portam arcis
reliquias ciborum viſq; ad famem ſubinde detra-
dabat instrumenta laboris, ægris alia, & nummos,
illīq;

illisq; deficientibus sua segmina & alia pretiosa iubens, ne vterentur sed distractis necessitati inseruirent. Reuerso principi querelis delatis de exinanito peculio dixit castris incolumib. sat superesse. Poterat hic beatus censeri (iuxta Eccl. 26. c.) mulier bona in parte bona timentibus Deum dabitur viro pro factis bonis. Hic & oblatas alienas mulieres respuit, nullusq; eo praesente vel gestum vel verbum impudicum expromere fuit ausus, vel expromptum impune tulit. Rei Diuinæ quotidie interesse voluit, quam & solenni & magifico apparatu celebrari voluit. Sermo illius verax & constans, grati & honesti mores, misericordia in pauperes munifica, ad sc̄eminas omnes verecundia singularis, & optimo digna principe. Exequi iustitiam, facere iudicium, tueri pacem ita erat illi familiare, ut principibus aliis non minus vitam monstraret pro fama, quam lumen preferret pro exemplo. Cum eo tempore decreto summi pontificis predicata cruce distributaque ab Hildesiensi Episcopo hinc princeps in Terram sanctam cum exercitu Cæsaris proficiseretur dimissa magnis indiciis socii amoris comitante aliquousque Elisabeta in Sicilia febribus correptus munitus S. Eucharistia &unctione à Patriarcha Hierosolymitano obiit, suæque coniugi, ut mundo moretetur amplius, occasionem pro voluntate sua reliquit in vita & post mortem plurimis miraculis clariſſimis.

EX

ENCOMIUM S. BATHILDIS ELECTÆ OB OMNIS

GENAM VIRTUTEM REGINÆ GALLIÆ, NATÆQUE
SIRPE REGIA PEREGRINA, EX M. S. CODICE
RUBEÆ VALLIS CLAUSTRI.

Sur. Tom. 7. 26. Ianuar.

Bathildis orta genere regio Saxonum
maiore transmarinorum sedes suas in Britannia
habentium iuuencula rapta loco præde
in Echinoaldi prætorio prafæcti domum gratis
vel pretio deuenerat. Cui cum omnibus domeſti-

Perfe-
ctio mo-
vum.

Humili-
tas.
cis ob decorum feruitum, & spartæ suæ exorna-
tionem erat gratissima. Erat enim animo beni-
gna, & moribus undeque pudica, sobria, pru-
dens & amicabilis, nulli machinans malum:
nec leuis, nec præsumptuosa eloquio, nec fine
rationis amuſi operi instans. Erat & forma cor-
poris grata, aspectu decora, & hilaris, incessu gra-
uis. Domino grataſa astans pocillatrix erat ci-
tra fastum. Quin imò in humilitate fundata cun-
ctis fodalibus morigera & amabilis erat. Seniori-
bus honorem, vt par, deferebat, inferuebatque
calceis detrahendis, tergendisque, aqua adferen-
da, vestibus parandis, fine mora, murmure & ter-
giueratione. Hoc agendi modo, hac virtutis via
ad omnium amicitiam sociarum, ipsius Domi-
ni gra-

ni gratiam aditum sibi muniuit, ita ut Dominus post mortem coniugem ipsam sibi sociare constituerit. Quo intellecto eius proposito virgo *nupsia* clam & studiosè ab eius se subtraxit aspectibus. Vocata igitur ad principis cubiculum, secreto in domus recessu vilibus stragulis tecta suspicionem latibuli sui effugit, hoc præ omnibus intendens, ne à scopo honorum & sponsalium cælestium aberraret. Et quidem domino suo alteram sibi iungendū sponsam causam probauit, sibique ad regalium nuptiarum fastigium humilitate aditum patefecit. Nupsit igitur Clodoueo regi i. *Nuptia regia.* psa ex regio stemmate prognata similem fobolum datura. Hinc collata sibi à Deo gratia vigilanti studio & regi obtemperabat vt Domino, principibus se ostendebet, vt matrem, sacerdotibus vt filiam, adolescentibus vt piam, nutricem: Eratque à amabilis omnibus diligens sacerdotes *Erga exterritos.* vt patres, monachos vt fratres, pauperes vt do- mesticos, peregrinos vt filios (quia & ipsa peregrina fuerat) amplectebatur. Viduis orphanis, & pupillis subsidia vitæ ministrabat, & omnibus omnino debilibus opem ferebat. Iuuenies quoque ad religiosa studia exercenda semper commonefaciebat, atque regi humiliiter, assidueque pro Ecclesiis & pauperibus suggerebat. Iam enim sub sæculari habitu Christo militare cupiens frequentabat orationem quotidie se Christo cum lacrymis commendans. Cui ipse rex pius *Coadjutorius.* consulens iuxta fidem & deuotionem eius, vt *interiorum plenius,* quod optabat, perficeret, Pium Abbatem *pietas.*

Gene. 816.

Genesum in aula tunc assiduum postea Lugdum
Præsulem in partem onerum adiunxit, cuius o-
pera sacerdotibus & egenis obsequium, nudis ve-
stem, mortuis sepulturam impedit: & inprimi-
per omnes prouincias ad supplications pro vita
tegis institueendas largissimam stipem erogabat.
Nec multò post rex anno regni XVII. mortuus
Lotarium filium hæredem reliquit. At ipsa pa-
ce meritis suis renouata, sacrorum ordinum em-
ptione & venditione Simoniaca, exactioribusque
iuentutis sublati, sobrietate & pudicitia, & or-
ationis pro regni statu studio commendato, pra-
cepto & renouato in monasteriis tandem occasio-
ne cædis superbi Sibrandi Episcopi contra iuris
ordinem factæ, ne ipsa vindicaret, à proceribus
regimine dimissa suo optato Monastices institu-
to se tradidit.

B. Gentilis Rauennatis fœmina En-
comium.

Sur. Tom. 7. 28. Ianuar.

Authore Hieron. Rubco.

Anno 1529. decessit Thomæ Iusti atrificis
A mai Veneti Sutoris: quæ iam pridein, consuetudine
rato Margaritiæ piissimæ maximam sanctitatis op-
male nionem contraxera. auctam indies vita innocen-
ter sancteque agenda. Mater fuit quorundam fi-
liorum

liorum præfertim sacerdotis Leonis. Eo autem persancto viuendi genere mariti odium ita vehe-
mens sibi confluit, vt ab illo non modo verbis
asperis, sed publicis calumniis, facis acerbis, ac ver-
beribus multis sæpiissimè in ingentes calamitates
præcipitaretur, quas tamen ea animi moderatione
tulit, vt Magaritæ magistræ omnia diuinitus co-
gnoscenti, atq; quomodo se haberet, sciscitanti, re-
sponderet habere se multò melius, quā mereretur.
Quo factum est, vt assiduis à Deo precibus tandem *Ma-*
aliquando mariti in melius commutatos mores *rati e-*
impetravit. Ergà plurimos sibi iniuriis & contu- *menda-*
meliis molestos tanta vfa fuit beneficentia, vt pri- *tio.*
ma illos ad iram odiumque deponendum, conci-
liandamq; inter se concordiam blandis verbis in-
uitaret: in egentes misericordiam, cum re non pos- *Opera*
set, (amabant enim paupertatem) lacrymis & dolo- *pietæ-*
re testabatur. Plurimis sanctitatem precibus im- *tis.*
petravit: animiq; curas & molestias sermone le-
uauit: occultas cogitationes cognouit. Testatusq;
est Paulus Vegius Cafensis se Margaritæ & Gentil-
lis precibus, cum iam ad caelestis vitæ præmia vo-
catæ essent, animi tranquillitatem, corporisq; sa-
nitatem ex grauissimis morbis sæpius obtinuisse:
vt & alii castitatem, alii alia per Gentilem impe- *Secre-*
trarunt. Monuetulus quoq; in lucta contra luxu- *torum*
riam ipsius, vt fusè narrauerat, precibus victor e. *cogni-*
uasit. Ipseque retulit, sæpius cum multi adessent, *tio.*
cuiuslibet peccata Diuinitus ab eadem cognita &
castigata esse. Multa insuper vaticinata est tametsi
id agrè admodum facheret, nec affirmanter: neque
R. enim

enim visis, quæ sibi frequenter diuinitus obiie-
bantur, facile credebat. Rauennæ cladem præ-
sam sigillatim, ut & Romæ prædictum. Testatus
Hieronymus Malusellus se admodum ad-
scentem cognita de Genit' e aspernatum soror
precibus eam accessisse, doloreque admisso-
rà tactum & acie mentis illustratum, ut morte
mutatis omissam quadriennio exomologe-
ceret. Frequenter idem perspexerat precanrem
sibi sacerdos daretur, quo cum arcana cordis com-
municaret. Nec multò post in animum indu-
vt fieret sacerdos, cui proposito inherentem
tolerabilis dolor inuasit: quo tamen Gentilis p-
refacto statim exhilaratus est animus, ac inanis
mor & sollicitudo pulsa. Quartus dein ipsi co-
tubernalis accedit pè per 13. annos obdurate
Ipsa Gentilis in doloribus multis & magnis pa-
tiens & vultu hilaris tribus in hebdomada diebus
vnica refectione contenta omnibus Dominis
Synaxin participabat. Prædicta die obitus non fe-
mel Hieronymo, eoque (leone filio præmortuo)
ex affl hærede relicto dato mandato, ut domum
suam in templum commutaret, morte felici vir-
que consentanea obiit.

*Vita compendiosa B. Sigeberti Austrasi-
rum regis, ex qua apparet conditio affi-
etatorum & verorum coniugiorum, &
mica status regni & Religionis propor-
tione.*

Scripta a Sigeberto Monacho Geneblacensi.

De eius canonizazione nihil extat.

*Mor-
tuo vi-
ro.*

Sur. Tom. 7. 1. Febr.

ANNO 586. Lotarius 11. Chilperici regis & Fridegundis filius in Francia admodū puer regnare cœpit: qui compositionis honestati morum studere cœpit, totoque Galliae regno primus potitus est. Hic anno regni 39. Dagobertum filium suum in consortium regni adscivit, eiusque adolescentiæ moderatores, & regiminis fideles socios S. Arnulphum ex Maiore domus Melensem Præfulem, & Pipinum Maiorem domus Proceribus potentia & prudentia præstantem. Horum auxilio Dagobertus tum regni fines propagauit, tum Saxones coercuit cæsis gladii sui mensuram supereminentibus. Patre Chilperico defuncto virtus filii Dagoberti exercita æquitate, liberalitate in pauperes & sacros homines, aliisque artibus & disciplinis elanguit consiliis piorum destituta, libidinis impetu & licentia depravata, ut etiam v. fecit. *Dago-*
bertus
rex de-
xores saepe repudiaret, iisq; alias, & vxoribus pellentes superinduceret. Cum autem nullum filium heredem acquirereret & ipse solus regii sanguinis cum fratre Chariberto ob simplicitatem ad regemen inepto superefflet, optauit. Deumq; pro prole rogauit, quæ non multo post ducta Ragnetrude Austrasiorum nobilissima ei contigit. Anceps igitur cuinam sancto baptizandum & curandum tradiceret, constituit reuocare S. Amandum, quem anteā ob increpationē regno cicerat, qui l'abores voluntarie peregrinationis vberē fructu prædicationis per Franciæ prouincias solabatur & compensabat.

R. 2

Huic

S. A-
mandi
zelus.

Huic post requisitionem reperto filii sui cura
impositurus vix nisi multis procerum & SS. A-

Rifpon- tistitum precibus eo permouit. Aurelii igitur pre-
det in- sente rege & fraatre, cum à sancto puer 40 dieru-
fans vt catechumenus benedictionibus præmunirent
bapti- nemoq; his finitis responderet, ipse infans respo-
san- det. Amen. Statmq; baptizatus est leuatusè S. fo-
dus A- te ab ipso & Chariberto. Rex latus Amandus
mén. honore prosecutus Traiecti Präfulem confitue-
Pipinus Exinde inuidia vix altis gradibus absente Austra-
egre- siorum procerorum pæne omnium Pipinus inua-
gius ditur aut morte aut gradu deturbandus, qui vita
dux. di seminarii discordiarum causa abrepto secum ac
nutriendum Siegberto ad Chilpericum in Aqui-
taniam diuertit, vnde non multo post redux dis-
sipata litium nubecula Turiugiam infestam exca-
tionibus in Gallorum fines frequentibus pra-
domuit. Dein cum Dagobertus alter filius na-
Mors retur, quem Clodoueum nominavit, regnum in
Pipini. duas æquales partes diuisit: eamq; , quæ vergit ad me-
Aquilonem & occidentem appellavit Neufrium
& Clodoueo attribuit, alteram, quæ vergit ad me-
ridiem & orientem Austrasiam dictam Siegber-
tradidit, & anno regni sui 17. obiit. Vtique regno
fortiter, & prudenter vtrimeque administrato Pi-
pinus tutor ætatis & regni Siegberti mortuus Gre-
moaldum hæredem reliquit & filias Gertrudem
Niuell Virginum præfectam, sanctitate & fru-
animarum claram, & Beggam nuptam Anglie,
S. Arnulphi filio, quæ regiæ dignitatis decus, que-
penitus deperierat per regum Francorum inau-
tam

nam desidiam, per suam reparauit prosapiam. Ipsa
siquidem genuit Pipinnm, Pipinus Carolum Mar-
tellum, Carolus Pipinum regem, Pipinus Carolū
Magnum, qui omnes reges ante & post ipsum ho-
nore & potentia superauit. Sigebertus anno regni
nono, ætatis duodecimo, perrexerat, cum omnia
ergo in tuto esse putarentur Grimoaldo domi mi-
litiaeque rem præclarè gerente, Noueræ inuidia
Oto baiuli in aula filius spe dignitatis multos pro-
ceres ad suas partes traduxerat: Radulphus quoq;
Turingiæ dux prosperis contra VVindios succes-
sibus fretus despectu Sigeberti ætate graui strage
Galliam afflixerat: qui tamen robore & industria
paulatim auctus Turingorū insultus compescuit:
& Otho æmulus S. Grimoaldi ab Alemannorum
rege Leuterio in ipsius gratiam est interfectus.
Porro Sigebertus, quem Deus sibi placitum
monstrauit à primo rudimento æratis nō diuitias &
potentiam ad instar Salomonis in perniciem suam
conuertere statuit, sed ad animæ sue cōmodum, &
vt in posteris suis spiritualiter multiplicaretur, be-
ne agēdo meruit. Solet enim fieri in pacatis regnis,
vt per otium & desidiam morib. corruptis abutā-
tur securitate pacis. Hic contrà gaudens diuturni-
tate temporalis pacis laborabit obuiam ire aeris *in pace*
cateruis: & colluctaturus contra spiritualia nequi-
tiae in cælestibus, conducere sibi spirituales, qui se-
cum bellarent, exercitus. Nam 12. monasteria in ruali-
bus regni sui prouinciis constructa necessariis stipen-
diis ditauit idque potissimum ope Grimoaldi &
exemplo, confilioque S. Cuniberti Colonensi

A*Edi-*
ficat
mona-
steria.

& S. Remacli Tungrensis Præfulis: Atque in his ius regiuncula auditio religionis incremento, cum & ipse sanctus arctiore vitam Episcopali prætulisset, ei Sigebertus 12. leucarum ambitum assignauit. Porro incertæ & imperfectæ mundi felicitati semper æternam anteponens ad eam omni studio contendebat opibus eo largius in sacrae dificia cultum que distribuit, quo minus in quem reseruaret vel conserret, filius suppeditabat. Quare circa hoc anxius filium Grimoaldi fidelissimi cooperatoris & onerum consortis semper experi remunerationis gratia testamento hæredem facit, nisi interea hæres nasceretur, quo nato dictoque Dagoberto ipse in flore ætatis, ne malitia mutares intellectum, anno regni 28. ætatis 31. obiit, quem apud homines temporalis magnificauit potentia & grata Deo in omnibus commendabat iustitia simplicitas, cum tamen ei adesset serpentina cautela & sagacitas. Denique de miraculis translati corporis historicus sui vel proximi temporis retulit.

Exemplum B. Idæ Illustriſſimæ & piissimæ Matronæ multis post mortem miraculis claræ authore Vffingo VVerdenensi Monacho.

Sur. Tom. 7. 4. Septemb.

B Ida summa principum progenie edita regnante Carolo Magno domitore & pacificatore

sicatore Veteris Saxonie, quæ nunc magna sui *Rebel*
parte Vestphalia nuncupatur, vergitq; ad Ocea-*lio.*
num Borealem, & à multitudine satraparum recta
fuerat seque Ioannis occasione redditus Caroli in
Franciæ regnū hyemandi causa iugo Christi sedi-
tiosè sæpiissime subtraxerat. Huc ad Carolum per-
uenerat dux victoriarum trophæis inclitus, pru-*Egber-*
dentia regendi præstantissimus, Carolo virtutum *ius.*
nomine gratissimus ab orientis partibus & in gra-
uissimum pæneq; exitialem morbum incidit: cūq; *Obsc-*
in Comitis habitaculum suscepitus omni officiorū *qui sum*
& humanitatis genere exciperetur, Comitis filia *ida.*
Ida vnica corporis animiq; dotibus insignis ei ac-
curatissimè leuamine solatio, fomentis ulcerum
applicandis perquam aptè, & honestè ministrabat.
Postmodum imperator victoriæ factus compos-
in eadem ciuitate, vbi eum ægrum reliquerat, va-
letudini restitutum inuisit. Itaq; Egbertus coniu-*Coniug-*
gium Idæ ambiens hac de re per occasionem Ca-*giuum &*
rolum interpellauit, qui lubens assensit assensuque *præfe-*
sponsæ & parentum fauore impetrato ei ex publi-*ra.*
co prædia, & præfecturam ditionis inter Visur-
gim & Rhenum amplissimos amnes sitæ attri-
buit. Nec erant impares nuptiæ pietatis & religio-
nis cultu, in cuius scopum vterque sua consilia di-
rigebat, opera moliebatur, constantiam proroga-
bat. Adhuc dum itinere progressis amænus occur-*Prædi-*
rit recessus nemoribus consitus in ripa Lupiæ flu-*rio.*
uii, noctuq; Angelica voce Ida cognouit, hunc es-
se locum suæ & mariti qui tñ designatum, ex
quo vterque ad æterna præmia esse subleuandus.

Quare lapidea sacra ædes constructa, quia proxima erat ducis prædiis & in pago Dreno sita, frequenti accessu & commoratione Religiosissima Idæ est nobilitata intentissimè ibidem Dei vacatis cultuis Studnbat nihilominus ex occasione coiugali vitæ Deo, quæ Dei erant, reddere, eoc; modo alienum amore temperare, ut nullius levitatis

Consen-
sus in
pietate
utile.

to certius, & expeditius, quanto vterq; mutuis ad virtutem adminiculis imagis instigabatur. Dixi ris in duabus animabus inuiduum cœlestis amoris nexum conuenisse. Non multò post Egbertus militiæ suæ penso expleto rebus humanis exemptus superna, ut creditur piè brauia est adeptus vxori suæ relinquens amplius virtutis exercendæ in demandis sensibus & vitiis & assequendo tramite perfectionis decurrentum curriculum: ad latus meridianum fabricæ cella oratoriis sibi constructa vulgari strepitu ad cor Deo subleuandum aptissima, ex cuius cellæ porticu pedem non extulit, nisi stipendiis inopum deseruiret, inter agendum cauissimè semper popularem studens vitare fauore.

Vitæ
fanorē
popula-
rem.
Bertge-
rus pre-
sbyster.

Tandem morbo tentata acciuit Bertgerum suum presbyterum sibi iustis ex causis fidissimum, plurisq; seruos Dei, quorum preces flens expostrulat, & exauditis precibus feliciter emigrat, & in dicto porticu hororificè sepelitur, vbi multis medelis inclaruit. Erat autem Bertgerus ex illorum tubernio, quod B. Ida primum de Galliis secum adduxerat, vir pietatis singularis & probatæ castitatis. Quippe eorum disciplinis informatus, qui in

legi

lege Dei sui sine querela incesserant, qui etiam ipsam Ecclesiam & socra mausolea aliquot annis strenuissimè Diuinis, humanisque obsequiis excusat, honorauit & venustauit. De quo & illud per fidelium ora diuulgatū est, quod inter cætera gravitatis eius insignia nunquam in suis tectis mulierem aut commorari, aut domesticis vīsibus inseruire consensit: ideoque contra æmulum dimicans castitatis omnem occasionis aditum non solum præcauere, sed & radicitus extirpare curauit, qui quasi præscita hora mortis, & virtutum meritis peracto sacrificio in ipsis sacerdotalibus vestibus ante altare cibit & iuxta B. Idam sepultus est.

B. Ludmillæ Ducis & Martyris in Bohemia vita compendiosa authore
D. Nicolao. Solio
Pragensi.

Sur. Tom. 7. 16. Sept.

Imperante Bohemis Hostiuit anno 873. nata est, Ludmila. amabilis & postea euphoniae gratia Ludmilla dicta parentib. sanguine & virtute generosis Melnicii, quæ nulli secunda robore ingenii in moliendis rebus grauioribus, & in tractandis asperis subiectorum animis solertia Boriuoio Bohemiæ Domino nupta est, qui sibi inuenit gratificati in postulatis adeò, vt aureum idolum coniugi vir permitteret ad huicdum infideli. Interēa Suatoplicus Marcomannorum rex legatos ad eum Belgrado Pragam mittit, vt petitio-

Gene-
roſtas
S. Luds-
mille.

R 5 nem

nem exponerent, donumque offerrent inter cat-
ra vini meracissimi capacissimum culeum igno-
gentibus. Reuersus aliquando à Marcomannis Bo-
rouius sacris iam nostris imbutus, cum immor-
lis vitæ gloriam & præmia eius Ludmilla, qui-
D. Cyrillo hauserat, exposuit let , adèò hac nar-
tione eius capta est, vt cum eo seuerius expulsa-
mia cō- ret, quod salutis curam consortis suæ minoris se-
uersus cerit, quam vt illum Diuinorum præceptorū ma-
ë S. Cy- gistrum secum in Bohemiam transuehendum me-
rillo. minisset, à quo & illa vitæ Christianæ conscia ef-
Bohe- ficeretur. Atq; in eo proposito constans permane-
mia pel sit non tantum secundis rebus sed etiam aduersis
ditur ob tunc nimirum , cum maritus eius ob nouatam re-
ligionem , desertaq; prophana Ethnicorum faci-
legia extorris à terra sua pelleretur. Cuius tantam
tamq; procelloūs casibus bene exercitat virtutē
& animi fortitudinem breui sic est remuneratus
Deus. Restituto cnim postliminiō reposito que in
pristinum statum , & sibi redditio maritò Episco-
pum quoq; Cyrilum ei exhibuit, vt religionem
quam animo iam cōplexa erat, ceremoniis quoq;
assequeretur. Eius illa affusa genibus submisè ora-
bat, vt sine prolixiori mora eius salutiferis aqui-
tingeretur. Fecit cōpotem voti Episcopus ipiām q;
& Spitigneum maiorem, & Vratislauum minorem
natu filios, quibus illa stipata pedibus eius se ad-
uoluit, Christi Ecclesiæ per baptismum transcri-
psit. Ex illo tempore veluti nouum hominem in-
duta antegressæ vita maculas fletibus eluere, te-
nebras errorum suorum detestari, Crozinæ anta-

Ma-**rism****prin-****ceps****Bohe-****mia****cō-****uersus****S. Cy****erillo.****Bohe-****mia****pel****lit****ob****tunc****nimirum****, cum****maritus****eius****ob****nouatam****reli-****gionem****, deser-****taq;****prophana****Ethnicorum****faci-****legia****extoris****à terra****sua****pelleretur****Lud-****milla****fit****fide-****dis.****Eidei****fructus****fusco-****pte.**

tantopere amatae ne nomen quidem sustinere:
semper ferè medium diem cum marito in templo
expendere, animarum lucris inhiare, filiis Christi
nomen Maiestatemque verbis ostentare & de-
prædicare, idola prohibere, in templis Deo Di-
uisq; in sublimis euhendis & condendis Boriuo-
io se æmulam præbere. Eius opus est priuato an-
nisi templum S. Catarinæ Tetinensis at S. Mariæ
Pragensis, S. Clementis Clarouegradi primi in
Bohemi fronte in septentrionem obuersi. S. Mi-
chaelis Tetinæ. S. Clementis Vislegradi. SS. Petri
& Pauli & D. Ioannis Pragæ partim alterius, par-
tim vtriusque opera constructa. Permitem vero Lud.
Ludmillam in prosperrimo vita cursu id egisse, mille
vt eminentissimo dignitatis fastigio se sponte de- abdicat.
iecerit, & principiis throno sceptroque vnâ cum tio à
marito abdicârit, quo commodius diurniusque principe
tempus cœlestibus rebus se immergèdi sortiretur. patru.
Neque ullis precibus procerum suorum pulsata
propelli potuit, vt vel ipsa vel vir eius Boriuoius
positam cū diadematè purpuram resumeret, quā.
uis Spitigneus grandior natu filius indignitate pa-
tri surrogatus ob contempta Christiana parentū
suorum (vt augurare licet) præcepta intempestiua
morte vita expulsus fuerit. & truncæ desertæq; res
Bohemicae sine capite viderentur. Quo factum, Vratis-
lavias laus
vt summa rei ad Vratislauum pæne puerum deuol-
ueretur. Qui parentibus & maioribus natu dicto
audiens eam cum Deo, hominibusque gratiam
iniit, vt omnes illi bene, nemo male vellat. Et
proceres quidem principis' sobolis propagandæ
non

non parum solliciti vxorem ei Drahomiram iungunt, quæ Dæmonum mancipium addictissimum ac obstinatissimum cum eslet, id tamen veterariè coram marito tegebat, ne fauore eius excidet. Haec duos filios ei peperit VVenceslaum prius posterius Bolcflaum. Prouidens autem Ludmilla qui primò natus eslet: nec futile momentum ad augendam tuendamque rem Christianam effqua ratione educaretur, orbitatis & doloris mitigandi causa VVenceslaum à Drahomira manu petit & impetrat. Eum igitur naëta tum per fidum per Paulum, qui ei in iis, quæ ad Deum sunt asidue hærebat, fingere, formare que, & in omnem partem versare cœpit, tam diuque in eis S. VVē colendo insistere, quo usque se ipsam in eo exprimentem, talesque eum redderet, qui tutò Budeca in perdiscenda latinitate inter lubrica laxiorum adolescentum ingenia severiorem viuendi dicnam tenere sciret. Cuius obitu eræta Drahomira diu meditatam, sed metu viuentis mariti disimus latam procellam tandem in nomen Christianum effundit, in quo occisione occidendo quamvis impotenti & efferata rabie bacharetur ima summis, Diuina humanis confundens, non tamen conatus suos optato euentu claudendos sperabat quo usque Ludmilla, quæ sola Venceslao armata machinationes eius discutere posse videbatur superesset. Itaque duos nobiles efferatae audacie muneribus corrupti Terinam ad opprimendas focrum suam destinat. Quæ de infidiis eorum istincto

*Insti-
tutio
diligēs
S. VVē
cen-
sori-
mepo-
ties.*

Exempla de Coniugis.

235

Sincta Diuino admonita coram Paullo Mysta *Prepa-*
suo exornologes in vita sua facit, deinde Diuina *ratio ad*
Synaxi se munit, mox fusis non paucis precibus ad *moriē*.
eos in triclinium reuersa benignè cum iis sermo-
nes miscet, & exporrecta fronte epulatur. Dein i-
pis soporis prætextu cubitum digressis, omnibus
domesticis pactam mercedem soluit, ad Dei cul-
tum, constantiam & pietatem adhortatur, ad rei
nouitatem cunctis obstupecentibus. Dein perui-
gilem in oratione emislarii effractis ostiis aggres-
si peplo detraicto collum vinciunt frustra dehor-
tantem, tandemque spacium se Deo offerendi
precatam ea concessa pertractam ad faxum alliso
capite perimunt, quod adhuc maculas sanguinis
conseruat. D. Polte VVenceslaus cum in Ducem
Bohemiarum inaugurus esset, gratitudinis causa ex-
humatum eius corpus Pragam in templum D.
Georgii transtulit, quod biennio ferè incorru-
ptum manserat facie paulum à nativo splendore
degener. Multique idololatrarum miraculo rei
expugnati eiuratis erroribus suis Christi le-
ges acceptarunt. Gesta sunt hæc
anno 922.

* * *

Vita

Vita compendiosa S. Leopoldi Principis
Austriæ ad Diuinarum & Ecclesiastica-
rum sanctionum regulam in utroque ſtu-
tu conformata ex oratione Francisci Pa-
toui Aduocati coram summo Pontifice
Innocentio VIII. & Cardinalibus ſu-
Cæſaris Friderici III. habita

anno 1484.

Sur. Tom. 7. 15. Nou.

Leopoldi Pii re & nomine tam in vita, quam post obitum dieti, defuncti anno M. C. XXVI genitus Ducale Marchionum Austriæ fuit: qui meritò rarum dici potest exemplum perdifficilis inter mundanos gestæ sanctitatis & conlectæ victoriæ, præsertim tot illecebris, potentia, & opibus in transuersum immaturam præsertim ætatem rapientibus præter adhuc rei uxoriæ & liberorum curam à cœlestium cogitatione (S. Paulo teste) diuidentem. Hic pueritiam & adolescentiam immunem seruauit à laetitia funeris, ludicrorum indecentium & leuiori ætati damæ. gratorum adolescens nomine tenus meritò celebratus. Huic non æqui, non canes præcipuum fuere studium, sed Diuina eloquia, veræque fideli cultus assiduus & cognitioque studioſissima placuere. Sæpius enim in sacros codices inten-

I. Cor.
7.
Pueri-
riae fun-
sa.
Senex
mori-
bis.

tum erat videre: nec à Diuinorum contemplatione seu operatione vacuum inuenire facile fuisset. Genitore vita functo, regni habenis hæreditario *Regimē* iure suscepitis populos natura feroes ea moderatio *exem-* tione animi gubernauit, vt eis nō præesse, sed pro *plare* desse curaret, & se rectorem & exemplum ad benē & con- beatèq; viuendum subditis præberet. Quippe qui *ducibi-* non eorū opibus/ vt nonnullis regnantium mose- *le sub-* rat) inhiaret: sed populū sibi à Deo cōmissum, re- *ditio-* &c. quiete, sancte, ac æqua lance conseruare stude- *Non* ret: horumq; animas vnā cum sua innoxias, mun- *inhiac-* das & Deo gratas reddere, bonos propositis præ- *allenu-* miis meliores efficere, summisq; honorib. afficere gauderet. In iure erga fontes administrando ita se *Institiā* habuit, vt nūquam misericordiæ fuerit immemor *temperat* iuxta illud: nolo mortem peccatoris, sed magis, vt *Clemē-* conuertatur & viuat. Ità vt cum scelera coerce- *ria re-* ret, à tormentis aut cæde semper abstineret: vt ve- *mittens* rus imitator saluatoris haberetur. Vxor ei pari *do de-* sanctitate ac moribus, Deoque ità iubente an- *pæna.* no m. c. vi. oblata Agnes Imperatoris filia pudi- *Vxor* citia insignis, & quæ viro sponte ad bona opera *confessa-* properanti calcaria subderet. Et quod præcipuum *tiens* munus mulierum dicit Iurisconsultus, secundis- *pietati.* sima, liberos duo de viginti enixa est, ità quod ex ipsa secunditate intelligi potest, verum Dei cul- *Facun-* tum, quo vir & vxor ducebantur, ipsis viuentibus *ditatis* hæc beatitudinis pignora non denegasse: vt il- *causa* clud verè testari polsit: vxor mea sicut vitis abun- *duplex* dás in lateribus domus mea: filii mei sicut nouellæ *pietas* olio & me- deratio. Ps. 117.

oliuarum in circuitu mensæ meæ: ecce sic bene
dicitur homo, qui timet Dominum. Inerat enim
illi fecunditati iuncta continentia quædam: &
ita quod, ut diceret Hieronymus, non voluptatis
impetu, nec præcops ad ipsius ferebatur affectum.
Quoniam qui de genitura sunt authores, illud in
primis adstringunt, ut longum post interuallum,
& cum sobrietate fiat commixtio: alias quoad
impotentiam aliter se copulantes, ebriis decre-
pitis, & infantibus eos comparari non est dubium.
Auicenna teste, & aliis authoribus medicæ artis.
Quo sit ut hic Leopoldus suum vas, iuxta dictum
Apostoli, cum omni sanctitate custodire, non
voluptatis, sed procreandæ sobolis gratia, & non
aliter congregiebatur vxori. Hi ergo sic sanctissimo
copulati matrimonio toto studio Deo pla-
cendi intenti templum eius honori moliebantur
construere. Hoc meditantibus accidit simile il-
li, quod in urbe Roma de niue montem coope-
riente designante locum templi Mariani in ze-
state miraculosa ut scriptum extat. Namque miracu-
lo datum est, quod ventus coortus flammulum
Agnetis capite leuiter sublatum procul ab oculis
in remota detulit loca: quod nono post annis
cum relaxandi animi gratia vir Dei deambula-
ret, oculosque ad vespes verteret, conspectum
super frutice illæsum & inuiolatum lætabundus
acepit. Templum igitur Claustrorum dicitum
in ripa danubii octauo à Vienna lapide con-
structum, cuius primum lapidem Leopoldus no-
luit ponere inuitatus moritu Procerum, id vel
faceret.

sacerdorum uti conuenientius permisit reliquis
ordine subsecutis. Stipendiis ditatum locum in- *Can-*
colere voluit Canonicos, quos vocant sacerdotes nisi so-
Diuino cultui honorificè & decorè celebrando cordes.
mancipatos. Depensa horum ministerii neglig-
gentia Canonicos Regulares B. Augustini sancti-
monia vita p̄ditos & fidelibus gratos substi-
tuit conuocatis ad id prius vicinis Episcopis
Conrado Salsburgensi, Raimario Passauensi, &
Romano Curcensi aliisque non spernendis con-
ularibus, sunt & hæc approbata, vt par est, In-
nocentii II. Pontificis summi autoritate Leo-
boldi fidem & bonitatem in literis commen-
dantis, eumque S. Petri filium reuerenter & reli-
giōse appellantis: vt & alii insecuri Pontifices,
qui acta S. Leopoldi inuestigata ad eum in cho-
rum sanctorum adsciscendum publicare conati
unt. Instaurauit & alterum cœnobium in valle
memorosa ad multorum sodalium commodum
habitaculum 12. à Vienna lapide. Extant non pau-
ca scripta monumenta de clarissimis eius virtuti-
bus & factis.

Duorum Constantinopolitanorum pios
rum auspiciatum coniugium S. Stephani
iunioris Martyris clarissimi progenito-
rum. Ex Reginæ matris Bibliotheca

interprete Iacobo Bilio

Abbate.

S

Sur.

Sur. Tom. 7. 28. Nouemb.

Anastasio imperante ex Stephana familia
rentibus ut ditissimis sic & in egenos Deique cul-
tum ornandum liberalissimis & piissimis. Quo-
post duas prænatas famellas desiderium mafcula-
prolis in spem stirpis ad multas preces Deo Dic-
In tem- que matri offerendas compulit. Cumque Anna
plo ora- mater Blachernis. vbi sèpè ante iu Deiparæ tem-
tio. plo conuenerant, in perugilio paraseueus pia re-
tentione ad effigiem ipsius diu orasset, tanquam
sermonis confortio frueretur, sub orationis fine
somno correpta vidit sibi appropinquantem in-
credibili pulchritudine fœminam, quæ tacto i-
phus pede dixit ei, Abi in páce mulier erit et
nim tibi in vtero filius, quemadmodū postulabis.
Quo dicto magna lætitia perfusam deferuit. Illa
autem editum filium in idem templum comitata
patre illatum eidem Deiparæ promissum obse-
lit, simul digito eam quæ dederat, viro commen-
trans. Sibi igitur gratulati & Deo grati domum
redierunt. Nec silentio prætereunda est per am-
plicata parentibus & impetrata benedictio pa'lam in
Sophia memorabili templo Bizantii à Germano
Patriarcha vrbis & orientalis oibis partis, ad que
videndum throni gradus affensurum virum incob-
parabilem ingens multitudo cōfluxerat. Sic enim
dixerat: Benedicat hunc Dominus per primi mar-
tyris intercessiones: visaque est à matre eodem
momento perlucida fax ore eius egressa. Ad
Proles
mascu-
la in-
perver-
tes.

èodem baptizatus sabbato S. & dein literis traditus eas felici eventu simul ita cum virtute complexus est, vt vicissim sibi ad beatam vitam praesidium essent, verba S. scripturæ, S. Chrysostomi sermones publicè lectos erectus attentusque auctoritate sculraret, os à iuramentis, vanitate probris, mentem à iudiciciis temerariis, ambitione & gloria, manus à deliciis & sumptuosa profusione vitam secutus frugalem & parcam contineret.

S. Ste-
phani
laus.

Vita S. Bilhildis viduæ & sanctorum monialis, ut habetur in Breuiario Moguntino recens emendato.

Surii Tom. 7. 27. Nonemb.

Ad verbum.

TEmpore quo Clodoueus Francorum potiretur imperio, fuit in Orientalis Franciæ oppido Hocheimio vir clarissimus iberimus nomine, qui ex Mechtrida coniuge sua, Billildem filiam suscepit. Qua ætate cum in Gallia & Germania Gentilium etiam dum superstitione apud plerosq; vigeret, parentes Beatæ Bilhildis occulte Christianorum sacris faciebant. Quo factum est, vt in ipsis infantiae annis filia VVircburgum delata ibidem catechumena quidem facta sit, sed baptismum tamen non consecuta.

Cato- Accedente autem ætate, licet ignoraret puella ab humeris regenerationis lauacro carere: purum nihil omnino in suo pectore Christo domicilium parvus studebat: corpus ab omni spurcitia continentis parsimonia cæterisque virtutum quibusuis ornamentis exercens ac componens.

Xer- Quod quidem ut rectius perficeret, in virginitatis proposito perseverare omnibus modis conatabatur: sed vieta parentum voluntate, nupsa cuidam viro nobili & militari. Etsi autem matrimonii legibus esset subiecta Christitatem, quem toto corde dilexerat obsequiis sedulo incumbebat. Non multò inde elapo tempore cum iuniori vienius prolis mater esset, marito in bello defuncto, prole etiam paulo post viuis exempta, ex consilio Sigiberti Episcopi Moguntini sui Auunculi, Moguntiam commigrat, renuntiatisque patrimonii amplissimis censibus, ut pauper & expedita Christum sequeretur, areolam ibidem est adepta, in qua Ecclesiam in honorem Dei genitricis Mariae Virginis construxit. Quo in loco sanctorum seminarum conuentu numeroso collecto, quantum sufficere posset prædiorum, ad communem festationem iis contulit. In quibus ipsa quoque pie viues non solum corporis eius necessaria, sed etiam sanctæ conuersationis exempla suppeditabat. Intetim misericors Deus, famulam suam diutius in vanum laborare non permittens, quibusdam sanctis eiusdem monasterii virginibus eam tantum catechumenam esse necdum baptismi gratiam percepisse reuelat. Hoc illa cognito Episcopum

*Sancti-
monia-
tus pia-*

scopum consulit, qui & ipse diuina reualatione e-
doctus, eam regenerationis aqua censuit abluen-
dam. Baptismo igitur percepto, multò feruentior
illa Dei laudibus & piis exercitiis instabat donec
graui tacta in firmitate, præsens sæculum reliquit
quinto Calendas Decembris. Sepulta à clero &
populo Moguntino in basilica, quam suis ipsa
sumptibus exædificari curauerat, vbi plurimis mi-
raculis claruit.

*Exemplum S. Anastasie Viri gentilis
eui erat coniuncta auersatæ superstitionis
nem, consuetudinem & crudelitas
zem. Ex Lippom.*

Sur. Tom. 6. 25. Decemb.

Ad verbum.

Anastasia mulierum pulcherrima, inclita
quidem Romæ erat nata, generis autem
splendore & corporis pulchritudine, & animæ
nobilitate, & morum honestate, & moderatione
omnes vincebat, & laboris omnium canebatur:
Et erat quidem cuiusdam viri prætexati filia, à
quodam autem, nomine Chrysogono fuit in re-
bus diuinis instituta cui etiam fuit postea caput
ornatum corona martyrii, sicut etiam procedens
delarabit oratio, cum impius Diocletianus Ro-
mana scepta nunc teneret. Cui ergo apud Chry-
sogonum Anastasia falsam gentilium opinionem
Fidelis.

verbis luculentis eluisset, eum qui verè est Deus
quo iis qui videntur, cognoscit, & nunc quidem
non libere profiteretur pietatem, à patre vero, ve
invita in matrimonium data viro gentili, nomine

Nuptia publico, conanti ut dicitur miscere ea, que miserae
abhor- nequeunt, illa partim quidem omnino sibi vela-
ret ab cans virginitatem, partim autē abhorrens eius re-
infidelis ligionem, ne cum eo quidem omnino cohabitare in
viro. animum induxit, sed ut pura ad Christum accele-
ret, & nullum ex eius præceptis despiceret, diu no-

Etūq; meditans, ad eum omnem direxit cogitationem. Vestem quidem certè sāpē mutās & vili pro-

Seruit splendida se induens, & se habitu quadammodo ce-
marty- lanis, vna cam sequente ancilla omnes obibat cu-
ribus ceres, & à custodibus emens ingressum pecunias.
capti- eos qui in eis pro Christo erant inclusi, & corpore
uiss. propter tormenta malè erant afficti, cum quanti
potuit reverentia & honore curabat, pedes lauanis
manus abluens, comam sordidam, quoad eius fieri
poterat expurgas, ut quod piloru erat superfluum,
prolixum autē erat propter longam in carcere in-
clusionem, officiosè tondēs, languinem diligenter
abstergebat, vulnera mundabat: dein etiam alli-
gās linteis & sanctis amplexibus suam in eos amo-
rem indicans & alimenta vnicuiq; præbens nec-
faria sic excitat. Hæc cum fierent assidue, quoniam
virum latere non potuit, resuscit erat publicus, &

Serua. p̄tinus multi sunt adhibiti custodes Anastasias qui
non sinebant eam domo egredi, neque illum ad
ingredi ex iis, qui, ut illi dicebant, mores videban-
ti soli. tur corrumpere, & poterant ei persuadere, ut à pa-

blii abstineret consuetudine. Illam autem & hoc
quidem male habebat, quod alios omnes qui an-
te ab ipsa curabantur, neque posset videre, nec
ab ipsis videri: Quod verò plus, quam alia, eam
cruciabat & medium eius cor tangebat, erat præ-
ceptor Chrysonous: qui cum duobus annis in-
tegris multa pro Christo tormenta sustinuisse
habitabat in carcere, ita iubente Diocletiano. Ad
eum crebro, quando in sua erat potestate, ventita-
bat. Tunc autem prohibita, per quandam anum
ei significata, quæ euenerant, & per eam rogat
ut pro ipsa precaretur. Precationis verò hæc sit
summa, ut ab impiο quidem euadat Publio, asse-
quatur autem opportunitatem, ut quod habet in
animo, deducat ad effectum, & persecueret curare
eos, qui martyris decorantur vulneribus, quo-
ad eius fieri poterit: quin etiam ut ipsa vitam fi-
niat in pietatis scopo immutabili. Hæc cum signi-
ficasset Chrysonou, postremò etiam de mariti
protectione eum reddit certiorem. Fuerat enim à Chry-
sono tempore publius missus legatus ab Imperato-
re ad Persas. Quæ cum didicisset Chrysonous, cōpor-
iūbet eam gaudere, & bona facere, & præsentia tatur.
forti animo ferre, & in futurum voluntati quo-
que consentaneum exspectare exitum. His confir-
matur Anastasia, & hæc ipsa duxit esse gaudii oc-
casione, & bone spei principium existimauit esse
calamitatē, nempe & mariti crudelitatē & nimium
custodum fæuitiam. Qui erant simpliciter quidem
omnes acerbi & immitigabiles: Codiflus autem
erat excellenti improbitate, qui & notus erat
Publio, & cui prolicescens hoc mandauerat, ut

nec extra thalamum videre aërem nec libertati posse, respirare sineret Anastasiam. Grauenim ducebat si reuertens à legatione viuam videt mulierem, quæ fædus cum eo initium iam

*Publis**wiris**sænitia.**Mors.*

violaret. Præterea verò sperabat sic quoque fore ut multarum pecuniarum & possessionum efficeretur dominus. At quod ille quidem inuenit in via, quem par erat, exitum. Moritur enim periculo perditus, quæ se sperabat facturum, ipse prius iuste passus, & effectus Anastasiæ conciliator vindictatis quæ non luctum afferebat, sed exultationem. Anastasia autem liberata à vinculo & à cibis, qui eam custodiebant, sic enim conuenit eos appellare, ad solitum gregem ferebatur, & ad consueta pietatis pascua: & modestum rursus inde duens habitum, obibat carceres & magna cura non solum vulnera ac sanie fætis curabat, sed ad propositum quoque certamen eos præcepte incitabat, & præparabat. Qualem vero fructum hinc percipiat, declarabit eius finis, finem orationis.

Ibidem ad verbum de S. Theodote.

Ana-
stia ve-
nit ad
Theo-
dote.

EX quo Anastasia libertatem consecuta illinequit, quidem egreditur, venientem ad Theodotem, quam prius declarauimus habitare apud contumitem Leucadium, & sigillatim ei narrat omnia tam quæ passa sit, quam quæ per ipsam Deus fecerit. Paucis post diebus Comes quoque Leucadius ex Bithynia reuersus, cum Theodote prioribus similem

miles rursus habuit sermones, tentans eam inducere, postquam autem multa loquens cognouit se loqui littori, & cum ventis conserre sermonem, Anastasiam quoque resciscit apud eam degere, & furore percitus propterea quod Theodote illius admonitionibus inducitur, ut eum magis contemnat, Anastasiam quidem statim vincitam tradit tribunali indicario. Quin etiam Theodotum vincitam transmittit ad proconsulem Bithyniae, de ea eum per literas, quam citissime fieri potuit, reddens certiorem. Cum autem in Bithyniam peruenisset Theodote, producta est ad Tribunum proconsulis. Agè, inquit, ille ô Theodote, iussis parens temperatoriis, aliis offerre sacrificium, sic enim simul & siliis viues, & particeps exercitum multorum bonorum. Nam & si non tua a filiorum quidem certè tuorum causa æquum fuerit, ut id eligas quod est futurum tibi utile. Dum hęc autem martyri diceret proconsul, respondens illius filiorum primogenitus, cui nomen erat *dit filius Enoclius*. At nos inquit ô præses hominum supplicia nequaquam pertimescimus, quæ corpori quidem incorruptionem, animæ autem immortalitatem solent conciliare : Sed iis parum abest quin dicam, æque, ac conuiuo delectamur. Deum vero potius timemus, qui potest anipnam & corpus punire in gehenna. Proconsul autem oculis in puerum coniectis, cum videam te ætate admodum imperfectum, miror quomodo, & à quo haec sic didicisti, quæ vix multi & longo tempore & labore sunt consecuti. Quibus puer opportunè re-

S 5 spondet,

spondet, seruator noster & dominus Iesus Christus
 ipse est, qui dixit, quando ducemini ad Reges et
 praesides, nolite cogitare quid loquamini, dabitur
 enim nobis in illa hora, quid loquamini. Num
 ergo haec non sunt mea neque humanae sapientiae
 verba. Sed omnino quidem mea est lingua, aperient
 autem Dei sunt verba. Index veluti de matre ipsius
 abiiciens & de primo eius filio, se transfert ad alios
 tentandos, eos videns etate esse imperfectiores,
 putans fore ut eos ad suam traduceret senten-
 tiam, post quam autem nisi sunt rami nihil dif-
 ferre a generosa radice, sed ostenderunt pueri &
 illius quidem filios huius autem esse fratres, &
 rursum transfert ad matrem, & filium eius pre-
 mogenitum. Conuertimini, dicens, ad vestra ve-
 scera. Parcite tenuis infantibus immaturis, nolle
 te videre eos ante vestros oculos male pereunte.
 Cum multa eiusmodi dixisset & vidisset verba
 fundi in aeternum, iubet filium ante oculos mar-
 tris crudeliter cædi virgis. Quod videns gene-
 rosa mater, non modo nihil indecorum gelata
 aut est locuta. Sed & veluti gaudens plagiachro-
 rissimi filiis, adstitit alacris, annuens oculis, ge-
 stu incitans, verbis adhortans, ne succumbatis,
 dicens o fili, ita fortiter nate. Has propter Chri-
 stum plagas, honores & corona exciperet.
 His proconsul vel animo maxime incensus, ma-
 ligni Daemonis suggestione improbum capi-
 consilium. Viro enim petulanti & ad amores in-
 continentis tradit, hanc mulierem imprimis ve-
 nerandam. Sed non erat insolentis hominis ve-
 turum

turum diuturum gaudium. Nam postquam eam *Hyrtia*
vel solum attigit Hyrtiacus, (ita vocabatur) to-
cius vior-
tus vultus protinus est mutatus & nec conces-
laturus
sum quidem est intueri martyrem sine timore. ab an-
Itaque magna voce clamauit ad proconsularem, *gelo ce-*
dicens se cum primum manum iniecit in Theo-
dotem, vidisse quandam iuuenem vultu formo-
sum, & habitu decorum simul adesse cum Theo-
dore qui ei incusso colapho, & nares contriuit,
& vt per eas sanguis manaret, efficit. Sed non
videbat cæcūs & stultus. Proconsul minimè in-
telligebat, & neque si nihil aliud miraculi reue-
ritus fuit euidentiam, neque destitit aduersus
eam contendere. Sed cuin eam rursus fisti cu-
rasset, minatus est ei, se esse illaturum, quæ vi-
debantur omnium grauiissima, nisi Deos immor-
tales colueris interfecti cadent ante oculos tuos
filii. Illa autem, vel hoc olim maximè sitio, sic
enim velim meos filios viuens ad Christum præ-
mittere, & tanquam in tuto portu constituere.
Deinde ego sequar euestigio, adeò vt aptè possim
canere. Ecce ego & filii quos mihi dediti Deus.
His magis conturbatus pro consuli iussit eam igni *In for-*
tradi simul cum filiis. Postquam autem fornax nace-
fuit accensa citius, quam iussum fuerat, illi tanquā mortuū
sontem aquæ cum gaudio fornacem subiere, *HYR.*
& Deum quidem benedicebat mater, collata-
bantur autem filii, & sic ambo læti & alacres, a-
nimis suas in manibus Dei depositerunt, & il-
los quidem sic accepit beatus finis. Beata au-
tem Christi martyr Anastasia custodiebatur
apud

apud præfectum Illyrici, qui cum de ea diligenter quæsisset, & eam illustri loco esse natam intellexisset, magnasque esse eius facultates, & ex illa esse ortam quorum magnæ erant opes à lucro superatus, & captus amore pecunia, cum eam seorsim ad te adduci curasset, scio ô mulier, inquit esse valdè diuitem, Christianam autem esse & tu dicas, & ego iam sum expertus. Agè ergò parentes tuo sposo, qui lege cauet, ut omnes despiciat diuitias, cede mihi pecuniis, & omnibus suis facultatibus. Tu autem hæc faciens, vtrinque lucaberis, ut quæ legem sis impletura, & libera futura à nostri metu, deinceps enim tibi licet, & securè sacrificare & libere colere Deum qui à te adoratur.

*S. Coletæ parentum coniugium filia
exempli magis sanctificatum, auctore
Stephano Iuliano.*

Sur. Tom. 7. σ. Mart.

*S. Coletæ parentum coniugium filia
exempli magis sanctificatum, auctore
Stephano Iuliano.*

Mirabilem diuinæ cognitionis gratiam contulit spiritus sanctus, largitor liberalitus mus, fidali ancillæ suæ Coletæ apud Corbeiam in Picardia Patre Roberto & matre Margareta, secunda valdè religiosa, editæ. Idque etiam in astate tenerrima. Cum enim quadrima esset, prætendit communem naturæ usum cœpit ita mentem habere ad Deum cognoscendum perpetim eleutam, ut nullus vir prudens aliqua ratione posset ambire.

ambigere, diuinitus id illi esse inspiratum. Sicut autem de beatissimo Iohanne Domini præcursore legimus eum teneris sub annis, ciuium fugisse turmas, & antra petiisse deserti, ita etiam hæc *Paren-* cilla Christi diuinæ cognitionis multiplici per-*tes a fi-* cepta gratia in annis puerilibus, fugere coepit la-*lia e-* dos & lenitates puellarum contemnere mundi va-*men-* nitates & applausus. Parentes quidem eius, valde *danner-* studiosi pieratis & operum misericordiæ, cum si- liam suam unicam didicere tam sanctam ducere vitam, non mediocriter obstupucre, nec tamen ingratiti fuere Deo, sed pro tanto eius beneficio laudes medullitus egerunt, atque illius crebris exhortationibus incitati uno animo constituerunt diligenter vitare quidquid offendet Deum, a-*Pater* nimæque conseruare puritatem ac de virtute in *studet* virtutem progredi, singularibus autem quibus-*discor-* dam charismatis suis donauit illos Deus. Pa-*des cō-*tri enim eius qui erat natura comis, humanus, & *ciliare.* amicabilis id præstítit, vt posset redigere in gra-*titiam* eos qui inter se dissiiderént. Quod ita studiose ille conatus est, vt vbiunque audiret quosdam inter se discordare, eo se conferret nec laborem remitteret, donec eos in concordiam redegisset. Valde etiam afficiebatur misericordia erga pau-*peres*, & foeminas à vitæ honestate in turpitudinem prolapsas. Ex iis cum quædam conuersæ essent meritis filiæ eius Coletæ, vna in suis domi- bus ultrò eis & pauperibus a leidis attribuit. Ma-*Mater* ter eius in signi fuit deuotione in Deum, illum ti-*sape cō-*mens & amans, & minimum semel in hebdomada *fessacō-* con-*muni-*

confessa peracta sua, accedebat deuotissime ad sumendum corpus Christi. Ambo autem isti comiter permittebant paruula filiae Coletae, ut si ceret, quicquid cælitus ipsi inspiratum. Sed cum multi satana eos instigante, carperent hoc nomine parentes virginis, & dicerent tantillæ puellæ id permittendam non esse pater eius non semel constanter respondit. Plane mihi persuadeo filiam meam nihil facturam, nisi quod bonum sit.

S. Stanislai Episcopi Cracoviensis parentum insignis pietas, & pietatis consecuta fortunata ob S. prolem fæcunditas.

Sur. Tom. 7. 8. Maij.

Anno
1465.

*Coniu-
ges pis.* STanislaus apud Polonus ortus est in Cracoviensi territorio pago si Panoulo, qui à Cracoviis abest septem milliariis, ex sequidem obicitur, sed viri sancti ortu illustris. Parentes habuit genere nobiles valdeque præstantes, & tali prole dignos Pater VVelislaus dictus est, vir ordine militari & equestri, & inter suæ familiae homines facile primus ac præcipuus. Inter alios Poloniae proceres virtute & rei militaris gloria eximius, matri Bognæ nomen fuit, quam non solum generis splendor sed etiam vera pudicitia, iniognis religio non mediocriter commenderet. Vterque autem hospitalitati deditus est.

rat, & pauperum, pupillorum peregrinorum, inopum propensis animis curam gererbat. Ambo ieiuniis, vigiliis aliis edomandæ carni accommodatis exercitiis nauabant operam & virtutum, quibus excolitur animus, studiosi erant. Amplum illis fuit patrimonium, ferax census, & plusquam mediocris substantia, generi & conditioni respondens. Sed alacri libertate in pauperes profundebatur. Rara per id tempus Poloniæ tempora visebantur. Itaque V Veliflaus in ditione sua Sciepanouensi hortante eum coniuge sua, sacram extruxit ædem, adhibitis illi prouentibus quibus eius ministri affatim sustentarentur, vestibus quoque sacris & valis aureis atque argenteis quibus res diuina expleri solet. Templum dicatum *Vtrius* fuit B. Mariæ Magdalenæ, cui illi magna animi *que pre* deuotione singulariter addidi^ti erant. Ad hanc *tas in* ædem s^epe illi diurnis atque nocturnis horis ve*templo* niebant, non eo duntaxat tempore, quo diuina illic peragebantur officia, sed aliis etiam horis, quas illi tibi præscriperant, certabantque inter se, vt alter alterum anteuerteret & precandi diuturnitate superaret. Sed cum multæ o^pes eis suppeterent, uno sterilitatis incommodo ea obscurari videbantur, quod nullum eorum post se heredem relinquenter ex se pro creatum. Nectamen ea causa vel erga cultum Dei & sanctorum, vel erga proximorum subleuandam inopiam suer^erigniores, summopere id expectantes, ut prole beati forent, quorum diuinis man-

Sterili
tas.

manciparant ministeriis. Iam trigesimum in mo
trimonio agebant annum, & tum ipsi tum ceteri
desperabant posse ex eis nasci prolem, cum eca
Pœcun- sentit Bœgna concepisse sese, cernuntque omnes
ditas. ius ventrem intumescere. Interim tamen illa, va
ante confueuerat, respuebat vitæ huius illecebras
quibus iam olim nuncium remiserat, & tam vitæ
quam vestitu castigato ac simplici contenta erat.

*Exempla ex Gregorio VVicelio, De
XII. Martyrum Styllitanorum
prouido & robusto
Agone.*

Carthagine Senatores Saturninus & Claudiu
sus multos prehensoros Christianos pro libitu
tractabant. Inter quos erant 12. ex Insula Scylla
oriundi Speratus, Natalius, Cyrius, Bethurius,
Felix Aquilinus Letarius, & feminæ Ianuaria,
Generosa, Bessia, Donata & secunda. Hi citati ad
eiurandam Fidem eam blasphemias ab hostibus
proscissimam sapientissimis Apologiis nullius au
thoritatis prophanae mctu perterriti defendeban
Consul. Praesides à viris conuicti muliebrem constantiam
rō ad persuasione frustrā labefactare conati. Itaque
marty- dicebant: Christianæ sumus, nec alind esse posse
rū pa- mus. Nec moram nectentes vel dilationem peñ
talia. turæ dicebant: in re bona nulla debet esse deli
beratio, sed cita consummatio, &c. Saturninus vi
sa theca penes viros rogabat, qux esset, respondet
spers-

Speratus, sacra Scriptura, & nominatim Paulinæ epistolæ, quarum vsu animæ nostræ pascuntur. Offerebat igitur & ipsis spaciū deliberandi: at ipsi inquietabant, quod facis, fac, nam tentator est hostis, &c. Quare omnes ad mortem leta capit sententia ex tabella damnati, quam hilariter subierunt.

De SS. Felicitate & septem filiis martyribus.

Ferant Felicitati septem filii optimè in fide & moribus instituti Januarius, Felix, Philippus, Syluanus, Alexander, Vitalis & Martialis. His imperante Antonino ad tribunal productis Ethniciis verborum technis fidem exempturis respondit mater: Verba vestra auribus non animis excipiuntur: Deo seruimus, nun Ioui. Atqui, aiunt, si tu ad manus non pares, saltem sine filios Diis subditos & immunes fieri. Miseranti sortem ipsorum præsidii ait, miseratione tua iniqua est & conuersa ad filios fortiter & fiducialiter pro æterna vita certandum horata est. Mox ipsa tamquam rea parricidii calumniis & verberibus acerbissimis ceditur, stabilisque instar muri in professione persistit quantumvis dolore ob filios afflcta humanitus, à senectute ad pueritiam tentandam conuersi singulos hortatur, & mutant spreta matre fidem detestentur. Singulis contra tris cōprotestantibus pena mortis iussu Cælaris interrogata: & filii quidem variè, mater capite truncato finivit certamen.

T

De

**D e S. Anna matre D. Virginis Deipara
ex VVicelii lib. 7. c. 61.**

ET si Marianum & Lombardinum Martyrologia & denique Ioannes Montanus nullam hoc loco Annæ mentionem faciant, quam tamē indubitanter matrem matris Dei agnoscunt, non possum tamē præterire, quin pro instituti meritatione ante aliquot sècula de ea scriptum, siue illud sit Hieronymi, siue alterius referam. Interim certum est Annam fuisse matrem Mariæ non esse Ecclesiæ figmentum, sed antiquissimam traditio-
Nem siue Græcam, siue Hebraicam. Quid ad nos Seleucus Manichæus, quicquid is interpretatus de Maria & Apostolis? Tenemus Ecclesiæ dogmata inuita etiam moderna hæresi. Placet Hieronymi iudicium inter verum falsoque discernentis amplexi originum codices præteritis astictis & adiectis. Si autem Annam vnius vi-
Prem mariti, eamq; matrem Deiparæ contra feci-
irios vix tuemur, qua ratione trium virorum con-
iugem defendemus? Cum altum apud veteres de
hoc sit silentium. Itaq; legimus in libello, quem Hieronymus verbo tenuis ex Hebræo transtulit,
quod Ioāchim & Anna parentes Deiparæ fue-
rint, ille ex Nazaret, hæc ex Bethlehem oriun-
Pda Dei timore & iustitia prædicti, ob 70. annorum
sterilitatem constituerant tripartita bonorum di-
uisione in templi, pauperum & peregrinorum
& suum usum ut sustentati spe prolis à Deo de-

**Pietas
virini-
quo.**

mum impetranda precibus, & votis, & annuis sa-
crificiis Encæniorum à se obitorum. Postmodum
cum Ioachim in Encæniis ab Isaaco frustra sa-
crificium tanquam Deo minus acceptabile ob-
sterilitatem coniugii reiiceretur, opprobrii huius
dolore egressus vrbe ad agros ibique pastores &
operarios commorantes angelico partus dandi
nuncio recreatur, vt & eodem tempore domi suæ
Anna, vterque igitur in aurea porta Solymorum
(vt iussum) gratulabundi conueniunt, grati Deo.
Nata filiola Maria nuncupata trimula in Templo *Praefato*
Dei seruitio mancipata ibidem cum aliis honestis *tatio S.*
Hebræis puellis tanquam in cænobio in scientia *Ma-*
legis discenda, & exercitio virtutum ad quartū de-*rie.*
cimum ætatis annum perseverat. Posthæc Iosepho
desponsatur non sine miraculo, vt ibidē refertur,
ad cohonestandam desponsationem, & Messiæ or-
tum prænunciandum. *S.* Ioannes Damascenus li. 4.
c. 15. Ortod. clarè loquitur de *S.* Anna matre Dei-
paræ & Ioachimo coniuge, cuius pater Barpanther
ab eo vocatur, quia filius Panteri fuit. Epiphanius
ita scribit. Ingresius est pater Mariæ in domum
suam, vt à Deo acciperet id, quod per preces pa-
tris ac matris petitum erat nempe: vxor tua con-
cipiet in vtero: quo firmiter perficeret cogi-
tationem fidelis in promissione. Hoc verò fa-
ctum est quibusdam in errorem. Impossibile est e-
niam aliquem in terra generari præter hominum
naturam solum enim ipsum decuit: soli ipsi natura
celsit. Hic veluti Plastes & rei potestatem habens
scipsum de virginе velut de terra efformauit,

Cū Samuele compa-
ratio. qui de calis descendit & carnem induit. Legatur
 Origenes super Matt. fol. 49. Nicephorus narrat
 priore historia sic scribit. Ut infans Maria à lacte
 materno iam abhorruit, & mammam attingere
 noluit, promissionem mater adimplevit, & in tem-
 plum ascendens iuxta votum eam Deo consecrat-
 tertium iam tum etatis agentem annum. Et facer-
 dotes quidem tum eam tanquam sanctius quod-
 dam donarium suscepere, & puellam in sacrario
 fouendam esse duxere ad antiqui illius Samuels
 similitudinem. Itaque illa, ut res Diuina intacta &
 sacrosancta in templi sanctiore loco & adytis ipsi-
 viuebat. Et deinde. Iosephus senio & honestate
 morum iam pridem bonae fidei existimationem
 consecutus erat.

*De nutrice & antesignana S. Hippoliti
 familiæ Concordia.*

*C*oncordia Hippoliti nutrix zelo fidei ac-
 censa pro familia Valeriano praesidi magno
 animo locuta est, malle se inquiens castos morti-
 quam incestos viuere. Ob id plumbeis clavisce-
 nima expulsa cadauer proiectum in cloacam ho-
 nori Christianæ sepulturae subtraactum. At qui per-
 suasione reconditi in vestibus thecauri margarita-
 rum & auri extractum nihil horum auidis ostenu-
 dit: quare à lustino sacerdote confortum
 familiæ mausoleo appo-
 nitur.

De S.

De S. Symphorosa & 7. Filiis.

SYMPHOROSA vidua sancta præmiserat ad vitam virum Getulum & eius fratrem Amantium per ineuitabilem Adriani Augusti Tyrannidem. Hæc delata cum filiis Herculi litare iubetur, ni lita tanda foret. Ipsa recusat, viroque in zelo optat coniungi vtcumq; indigna Diuino sacrificio: nec poterat, nec volebat fidem Christo datam infringere licet verberanda & capillis suspendenda eslet. Dein molari mersa ab Eugenio fratre inuenta se pelitur. Atrocius cum filiis ad templum Herculis saeuiebant ad palum alligatis & sigillatim punctim & cæsim percussis. Quorum nomina sunt. Crescens, Julianus, Nomelius, Primitius, Iustinus, Fausteus, Eugenius. Denique in fossam coniecti cum inscriptione: Hic sit Biothanati, id est violentia morte defuncti. Quod nomen loco diu permanxit.

De SS. Sabina & Seraphina.

SERAPHIA virgo comes erat Nobilissimæ & Christianæ fauentissimæ Sabinæ Valentini vxoris, quæ mutuis hortatibus se in fide confirmabant. Romam cum venissent, quærebatur Seraphia à Iudice in domo Sabinæ, quæ nec dimittebat ipsam, nec verebatur ipsius causam apud Iudicem agere. Post triduum vi protracta Sabiuæ fauore flentis & æternas pœnas minantis iuuari non posse terat.

Vindi- terat. Itaque confessa constanter Christum corde
ela ta- & ore duobus procacibus tradita ad violandum
ans. precibus semianimes & mente captos reddit: quod aegrè credens iudex denuò fassuros in gratiam eius mentis & loquelæ compotes reddidit. Redeunte in orbem anno Sabina quoque iam dum parata ad mortem fide, amore ieuniis, precibus, operibus misericordiae capite plæxa est confiscatis possessionibus.

De S. Afra & sociabus liberatis à peccato & Dæmone.

M. Ra- Rat stulta apud quosdam Ethnicos opinio-
derus derus eo magis propitiari esse Deam Venerem co-
de SS. lentibus, quo pluribus & grauioribus se inquinarent ignominiis. Cui errori & lubricæ inconti-
Bana- nentiæ Afræ & matris triumque aliarum sociorum mederi promptus & doctus S. Narcissus non
ria. modò ad pœnitentiam prouocauit, quam septem dierum ieunio & precibus exegerunt, sed etiam inhonestam domum Dæmonum immundorum domicilium tum exorcismis, tum vnanimi oratione & ieunio larua ipsi conspicua exonerauit. Hinc oppidanis pluribus exemplum pœnitentia efficaciter est datum: & quatuor obstantiam fidei ignibus traditæ.

De

*De SS. Anastasia & Theodota Matrona
miraculo liberatis à procacium
violentia.*

Anastasia nobilis Romana Ethnici & Fausti Christianæ filia Deos venerari reluctata traditur Vlpiano, ut in eius coniugium consentiret. Hic deductione in domum, ostentatione opū, comminatione paratorum cruciatum, & lænarum sollicitatione blanda frustrā laborans munitam *Vindicta* precibus sublato in cælum intuitu fusis attracturus *Ela folia* visu orbatur & non multò post moritur. Eo pacto *citatione* liberata deuenit ad matronam Theodotam exulē *nis ad malū* Bythinicam cum tribus filiis: quam frustra depe-ribat Diues Leocadius procator iacturam opum præ animæ damno aspernatam. Nec iudex quicquam profecit ad debellandam minis & flagris *Vindicta* constantiam matris & filiorum, adeò ut Hyrtacus *Ela mao* quidam nutu iudicis ad violandum raptam ab in-uisibili angelo testis ipse colaphum acciperet. De-*suum* cum filiis Nyceæ ignibus est consumpta.

*De Dula ad mortem pudicitiae
Tutrice.*

Nicomediae Christiana famula Ethnici stipendiarii adeò fidei, pietatis & castitatis alterè radices egerat, ut ne quid quan ab hero suo sollicitaretur ad inhonestā, mortemque turpitudini præligeret, quam & miles ideo ei nefarie inferre non dubitauit.

*De S. Adelheida Imperatrice III. Ottone
num Augustorum coniuge matre, Ania,
ex vita scripta ab Odilone Abate, de
qua & Canisius Tom. 5. ant. lect.
Baronius ad annum Chri-
sti 973.*

Adelaide Regina Coniux fuit Lotarii Regis filii Hugonis Italici Regis. Suscepta filia postmodum Lotarii Gallici Regis coniuge vidua fit triennio vixit exacto. Qua occasione vixit Berengarius IV. Italiam inuasit, eique prouincias ademit, & bene verberibus multatam carceri inclusit: ex quo erecta aliquamdiu in sylvis exul & famelica vixit, donec nutu Diuino Ottonis primi coniux facta, qui Berengarium grandi praedio apud Ticinum superauit. Natus ei filius postmodum Otto II. Cæsar parum benevolè ipsam traetauit, licet resipiscens Ticinum veniam rogatum miserit. Interim agebat apud fratrem Conradum Regem, cui vxor Mathilda in Burgundia coniux erat. Deinde cum Ottonis filii Græca Coniuge non bene conuenit, cuius odium nepotis sui Ottonis III. postmodum Cæsaris benevolentia mitigauit. Itaque fuit trium Ottonum Augustorum coniux, mater, auia. Deuouebat ipsa se Diuino seruitio syncerè noctu & interdiu ieuniis, precibus, vigiliis, Eleemosynis, instructionibus, consolationibus, vnone dicordium & imperii, Gaudio in-

in prosperis & iustis successibus, dolore in aduersis. Thesauros non modicos in Egentes effudit, & cœnobia Benedictini ordinis in Germania & Italia non pauca erecta: Ipsa se seruam Christi, alii matrem pauperum vocitabant. Donariis & pretiosa supellecstile Ecclesiæ exornauit. Consuecerat adire Martyrum monimenta: utque verbis Mariani utr, erat ei in fide secura firmitas, & in spe firma securitas. Ottonis filii defuncti animum *Felix* piacularibus sacrificiis, precibus & Eleemosynis *exitus*. Deo commendari curauit. Ipsa clara miraculis, sacramentis Synaxis & unctionis munita cum sacerdote Litanias recitans migrauit.

De Quadam Maria Ancilla fideli in officiis, & constante in pietate.

ERAT TERTULLO opulento Gentili ancilla Maria, quæ ieunio se Christianam manifestauit, vt idcirco à Domina vapularet, & à Domino in carcerem coniceretur, & tandem iuxta legem in Christianos latam Iudicii sisteretur: Qui cum diceret, oportet, vt culpa habeat supplicium & populus exemplum, eam exquisitis lictorum suppliciis tradidit, quæ pari constantia & orandi studio superauit. Post hæc iudex illam benevolis verbis tentauit: quæ identidem respondit. Christum habeo, ergo nihil timeo: huic fide credo, charitate diligo, spe adhæreo, hunc sequor, confiteor, seruio, laudo, grata sum, placere contendeo,

T 5

nec

nec ab hoc per mortis supplicium separari possumo. Cur igitur hominum & Dæmonum manus pertimescam? His dictis tam immaniter cruciata, ut spectans populus misericordia commotus tortorem ab ulterioribus una voce affligeret dicens, interficere missus es non lacerare. Hæc puella non sacrificat, det igitur pœnam delictum, quod non petuit, accepit, proque Tertullo Domino, sua causa non reo, quem necdum dimisso sciebat, rogauit. Inclusa denuo precum vi cerem sibi patefecit: Deusque Gentilium duomillia & quingentos flammis ultricibus perpetuis adiudicauit, quibus visis magna multitudine conuersa clamauit: Magnus Deus Mariz, magnus Deus Christianorum. Hinc non nihil quiescit tempestas persecutionis.

Aliud exemplum.

SEleutherius à teneris annis pietatis & eruditio natus amator & cultor, perque gradus ordinum vitæ suffragantibus meritis ad Episcopatum electus, auxit merita & gratiam predicatione fidei, qua missum ad se capiendum Felicem conuerxit. Tyrannidem Adriani quater & amplius victor eus sit & superauit semel impositione acri candenti, iterum ignitis cratibus, tertio infuso, & leonibus oblectus blandientibus, non nocte tibus, desiderio æternæ quietis capite plexus, currit

currit Anthia pia piissimi filii mater, & tanquam
germen flori adhærescens suo, prædicat Dei bene-
ficium filio martyrii coronam largiti, ad quod af-
fidue eum adhortata fuerat, & inclinata corpori
sancti orabat, recordare, inquit, fili matris ingressus
in requiem à Deo tibi promissam. Quo cognito
princeps eam percontari iubet, ut quid ita mor-
tuο incubaret, respondit, ut cum filio perenni-
ter victura nunquam ab eo separer, immo, in-
quit princeps, id iam iam senties, & plecti man-
dat capite.

De SS. Chrysanto & Daria coniugibus ex Romano Breuiario.

*Ex gestis per Notarios Romanæ Ecclesiæ
Amonium & Varinum.*

Chrysantus & Daria coniuges nobili genero
nati fide etiam clariores, quam Daria mari-
ti opera cum baptismo suscepserat, Romæ innu-
merabilem hominum multitudinem hæc mulie- *Innum-*
rum ille virorum ad Christum cōuerterunt. Qua- *meri*
re Celerinus præfectus comprehensos tradidit cōuer-
Claudio Tribuno: qui iussit à militibus Chysan- *tūtur à*
tum vincētum cruciatibus torqueri: sed vincula o- *z. con-*
mnia resoluta sunt: mox compedes, in quos conie- *ingi*
etus fuerat, confacti. Deinde bouis corio in- *bue.*
clusum in ardentissimo sole constituunt: tum
pedibus ac manibus catena constrictis in ob-
scurissimum carcerem detrudunt, vbi cate-
nis solutis clarissima lux locum illustravit.

Daria

Daria verò in Lupanar compulsa Leonis tutelum in oratione defixa est, à contumelia diuinis defensa est. Denique in arenariam, quæ est via Salaria, vterq; ductus, effossa terra lapidibus obviti parem Martyrii coronam adepti sunt.

De SS. Mario & Martha ex Breniaro Romano.

Marius Persa nobili loco natus cum Martha coniuge pari nobilitate, & Duobus filiis Audiface & Abachum Romanum venit Claudio imperatore, vt Christianorum se pulchra venerantur. Ibi Christianos in vincula coniectos souabant, & opera & facultatibus suis sustentabant, & sanctorum corpora sepeliebant. Quamobrem comprehensi omnes, cum nec impiorum minis nec terrore commouerentur, vt Diis sacrificarent, primum fustibus debilitati deinde funibus attrecti, tum admotis candentibus laminis combasti, & vngulis ferreis sunt excarnificati. Postremò præcisis manibus & ad collum alligati ducti per medium Vrbem via Cornelia ad terminum decimum ab urbe Milliarium in eum locum, quæ Nympha dicebatur, necantur. Ac proximum Marthæ, quæ virum ac filios ad supplicium pro Iesu Christi fide constanter preferenda vehementer fuerat cohortata, mox cæteris in eadem arenaria ceruices absinduntur, eorumque corpora coniiciunt in ignem. Quæ semiulta Felicita matrona Romana nobilis colligenda, & in loco prædio sepelienda curauit.

Martha horatatrix filiorum.

Ex P. Matthæo Radero Soc. Iesu parte
altera Viradarii Sanctorum. B. Iacopo-
nus Tudertinus ex Italico. De doctrina
ipsius, deque coniugio ipsius & cau-
sa modoque institutæ vitæ
sanctioris.

Prodiit hic è sanctissima B. Francisci discipli-
na de quo parum multa memini apud latinos
leggere; Italica lingua copiose eius vita in Franciscanorum
annalibus descripta est, ex quibus hæc,
quæ legis, translata sunt, tantòque vberius id fa-
ctum, quanto pauciora apud nos de B. Iacopone
haec tenus cognita lunt. Iacoponus domo vmbra,
natus Tuderti, ciuitate, quinquaginta ab urbe pas-
siuum millibus dissita nobili cum primis Benedi- *Iuris*
ctorum familia. Ab ineunte adolescentia iuris se studiū.
ciuilis prudentiæ studio impense dedidit, cuius
demum cognitione absolutissima instructus, &
paratus Doctorisque appellatione publicè con-
decoratus, aduocatum strenuè in foro, & causas a-
gebat. Enimuerò cum esset ipse rei faciendæ, au-
gendæque apprimè intentus, honores etiam no- *Vita*
minisque splendorem affectaret, ambiret luxum, *lubri-*
ca.
insuper & res humanas vtraque manu amplecte-
retur, & artes fraudesque vulgo notas probè cal-
leret, diuino consilio matronam nobilissimam,
generis nobilitate, moribusque & virtutum orna-
mentis & rara præcipue in Deum religione insignem
est

est sortitus vxorem. Ea portò tametsi mundum
muliebrem, cultumque vestium, vt inter quæ
pro generis sui ratione non abhorret, aut refu-
geret, adeoque vitæ huius delitiis an illiciis capi-
Vxor
intime
pia.
teneriq; videretur, vti marito licet perinuita, con-
cordiæ tamen cupida, omnia tum vana profanæ
cogitanti morem gereret, nihilo secius animo
fanè perquam religiosa, cum corpus suum arcu
contenteque haberet, externo cultus ornatu in-
ternas multo cultiores mentis virtutes calabriæ.
Cæterum cum fortè vnà cum pluribus matronis
nobilibus, de viri voluntate, in ludis solennibus
intercesset, in ipso voluptatum illarum, & theatru-
Mulie-
res lae-
sa.
lis applausus feroce, luctuosum quid, quod gau-
dia publica contaminavit, contigit. Pegma illud
in quo consistebant spectatrices, corruit, & omnes
illum fœminarum gregem opprescit, que ruina
nullam illæsam reliquit, hæc enim obrita est, illa
oblæsa, alteri caput lauiciatum, alteri brachia, huic
crura luxata, & nonnullæ denique illico examina-
tæ concidere. Iacoponi coniunx continuo loquac-
di facultate destituta obmutuit, nec multo post
vitam desit, maritus & ipse muneris spectator,
Deo ita volente, accepto de vxoris discriminante
nuntio, aduolat animam propè agentem reperi-
vestem moribundæ vt in huiusmodi fieri calibus
amat, conatur diducere. At qui illa, cum voca-
Cilicio
vxor
induta
innueta.
non posset, manu obiicit, ne in oculis omnium
deuelaretur. Arreptam ergo inter brachia foliis
rius in conclaue separatum deportat, hic dum ca-
expoliat, sub veste pretiosa iuxta, & superba nudo
appar-

appressum corpori perasperum deprehendit cili-
cium; cum ad eam diem suam quoque coniugem,
non minus, quam cæteras sc̄eminas, sensuum ille-
cebris & oblectamentis titillari credidisset. Enim
verò tam evidenti testimonio se animi fallum cō-
perit & attonito similis constitit, cum tam arca-
nam virtutem, vitæque disciplinam præter opi-
nionem aduerteret. Exin tam altæ cogitationes e-
ius mentem occuparunt, & velut defixerunt,
vt extra se positus omnibus videretur. Cuius *Causa*
stuporis seu mentis à sensibus alienationis cau- *conuer-*
sa minimè erat ægritudo aliqua corporis, aut *sions.*
insolens animi perturbatio, sed sanctus ille do-
lor, qui animum sanum, & vegetum ac spi-
ritum Deo charum efficit. Proinde nouam
quandam sui cognitionem consecutus adeo in
Christi disciplina philosophari occipit subtili-
ter, vt in virum breui sanctissimum euaterit.
Hic sanè dicto illi Apostoli locus esse videtur.
Saluator vir infidelis per mulierem fidelem. Ita
serio relipiscens animo ad Deum conuerso &
intimo cum dolore anteacta vita in memoriam
reuocata, cum salutis suæ periculum probè co-
gnosset, & quibus circumfusus erat tenebris con-
spiceret, omnino vitæ rationes comutaret, tan-
toque deinceps studio sub Christi, quanto prius
sub mundi signis merere statuit, itaque reliquum *Deser-*
vitæ vni Deo transcribere. Ingressus viam animi *rit sta-*
demissionis à literis & muneribus, quibus in tñ pri-
vrbe fungebatur, se remouit, nec rei alteri *stinnerit*,
magis

magis dedit operam, quam vt se vinceret, praua que appetiones rationi subiugaret, & vitæ superioris peccata expiaret. Quare fortunis postmodum suis in egenos tributis, viliq; amictu indurus S. Francisci familæ, ordinis tertii nomen dedit, totusque in eo fuit, vti ceu abiectissimus, & mortaliū omnium postremissimus, ab omnibus deridicula despectuique haberetur.

De simplicitate coniugum Matthæus Raderus libro citato.

*Nau-
fragio-
res per-
diti.*

*Carce-
re in-
cludi-
tur.*

I Oannes Moschus narrat, negotiatorem, vt fre-
quenter fieri consuevit, naufragio rem &
suam & aliorum sregisse, ipsumque solum amil-
lis omnibus seruatum, domique propè, & quod a-
iunt, in portu perditū, creditores enim illo com-
prehensō, & in vincula coniecto, rem eius familia-
rem totam proscripterunt, ita vt neque vxoris or-
namentis parcerent, mundumque mulierem o-
mnem raperent, venderentque. Vxor secuta viri
in custodiā, & mæsta vincēto assidens nulquam
viētum illi necessarium poterat subministrare.
Ingressus est Dei missu carcerem homo copiosus
vt miseris benignè faceret, & fame confessis ali-
menta præberet. Coniecit hic oculos in faciem
nam viri sui casum flentem, forma & moribus &
que emendatam, auocat mæstam à viro, seorsum
quærit, quid adsit: exponit illa mariti naufragium
& in fortunum, nomine creditorum: Sponte ille
pollicetur, se pro viro omnibus satisfacturum
si illa

Si illa sibi velit satisfacere, melior simplex & casta, *Tenta-*
audiuisse ait olim ex Apostolo vxorem in pot-*tur fi-*
state viri esse, percontaturam se maritum factu-*des cō-*
ramque, quicquid ille vellet, iuberet, perinde *sugalis.*
quasi in viri potestate esset, vxorem prostituere,
maritus quamvis infelix, noluit offendere Deo bea-
tus esse, nec libertatem corporis salute animi per-
mutare. Perge soror, renuntia conditionem ho-
mini, & nega. Aderit nobis Deus alia via, qua
malum hoc praesens euadamus, rediit illa ad alte-
rum, & maritus, inquit, negat fieri posse, quod pe-
tis. Audiit haec & per fenestram obseruauit o-
mnia latro, in eandem caueam compactus, mira-
tusque coniugum integritatem ac fidem, qui ante
nullam de Deo cogitationem admiserat, horum *Rema-*
facto impulsus in seipsum descendit, & altum in-
gemiscens. En hi coniuges vltima infelicitate *nera-*
pressi honestatem pecuniæ anteponunt, liberta-
tem negligunt, ego mortalium omnium perdi-
tissimus auri quærendi causa tot innocentes ma-
ctaui, & salutem in vltimum discrimen adduxi.
Per fenestram ergo allocutus vtrumque. Animad-
uerti, inquit, castam fidem vestram, cui pecunias
& libertatem posthabuistis, ego Sicarius, & præ-
do mox vltimo supplicio necandus, sed tandem
de male perpetratis doleo. Vos ite ad illum lo-
cum, (quem designabat) ciuitatis, & effodite, quod
ibi condidi aurum, dissolute nomina creditori-
bus, de reliquo viuite, votisque vestis Deum mihi
propitiare. Ducto post vnum alterumue diem la-
trone ad supplicium, vxor negotiatoris vbi nam

explore, an vera promiserit occisus? Iussa ire
fodere reperit ditionem ollam Euclionis olla,
ex illa paulatim, ne res animaduerteretur, credito-
rum nomina deleuit, maritum vindis exemit, &
in pristinum propè felicitatis statum repositum.
Tanti est castitatem colere, cui semper diuina
prouidentia patrocinatur.

Aliud par coniugum.

*Igno-
rantia.*

Tulerunt & nostra ferè sœcula his non infi-
randa, quando corruptiores hodie vulgo sunt mo-
res. Vixerunt una coniuges totam vitam tanta cum
simplicitate, ut nunquam se mutuo in genitali tor-
to contingerent nec id voto aut consilio, sed i-
gnorantia, quod alium coniugii usum nescirent
quam ut eodem tecto, lecto, mensa non secus ac in
aliis familiis liberi, vterentur. Cum alter coniugum
ad cœlestes inde thalamos abiisset, nuplie vi-
dua secundo, cuius suum exigenti admirabunda
xor, nihil eiusmodi à primo marito à se flagitan-
relaturam se rem integrum ad iuris diuini confu-
tors. O felix seculum quod tantam in tanta homi-
num peruersitate protulit innocentiam, omnibus
ante seculis inauditam: Principum generis huma-
ni conditorum felicem in beatissimis Paradisi campis
statum, ante gustatum fatale pomum in mem-
oriā quodammodo reduxerunt. Et vero plus
hoc genus numerarim, nisi superercent, quo
laudare possem.

Exempla ex Henrici Spondani Soc. Ieo
lu, historia Epitomes Baronianæ
ad verbum.

Cum Gregorius Cæsariensis Presbyter Cœ-
sarea vetus ad publicum Patrum conuen-
tum Nazianzo transiens diuertisset apud Grego-
rium Patrem Gregorii cognomento Nazianzeni, arzeno
præsto fuit vna cum aliis Episcopis baptismo c. Pater
iusdem Gregorii Senioris qui cum hactenus Gen. Grego-
tilis extitisset, tandem miraculis & visionibus in-
ductus, ac sanctis piissimæ vxoris precibus votisq; Vxores
adiutus, fidem Christianam amplexatus est. & non possunt
ita post in locum Episcopi, qui eum baptizauerat, mari-
precedentibus prophetiis electus est in Episcopū
eiusdem ciuitatis Nazianzenæ, sicut rem gestam
pluribus narrat Gregorius eius filius oratione ha-
bita in funere Patris: defunctus est autem pater,
cum annos 45. eidem Ecclesiæ præfuisset natus
annos fermè centum: materque eiusdem, qua pa-
ter ætatis, haud diu superstes extitit. Post quorum
mox obitum (conantibus frustrâ S. Basilio, aliis
que Episcopis ac ciubus eum retinere) ipse fuga
se abripiens profectus est Seleuciam ad memo-
riam S. Theclæ, quo frequens tum fidelium pere-
grinatio esse consueverat ibique permanxit usque
ad Valentis Imperatoris necem.

Quemadmodum anno Christi 527. Frumen-
tius captiuus ab Athanasio Episcopus creatus viam
Indie ad Fidem aperuit, quorum infinitam mul-
titudi-

Captivi titudinem signis ac miraculis, editis conuertit. *alios* eodem tempore captiva quædam fœmina Christiana exemplo pietatis & austerioris vite, acce*possumus* ma editorum miraculorum, sanitatisque tum alibi*conuere*. tum ipsi Reginæ precibus suis restitutæ Iberi populos (sive dixerimus authore Plinio Iberos) vna cum ipsorum Rege Bacurio dicto, ad veritatis cognitionem perduxit, effecitque ut ab illis legatio ad Constantinum Imperatorem mitterentur, qua eum rogarent sacerdotes ad se mitti, qui ceterum munus explerent. Narrant hæc pluribus

Theodo-
dolinda.
Theodoretus, Socrates, Sozomenus, Ruffinus. Cum Theodelinda Longobardorum Regina defuncto priori rege marito popularium concessione regnum retinuisse, Agonem sive Agilulphum secta Arianum sibi virum iunxit, qui per ipsam v-

Fami-
na pos-
sunt p-
rovincias
conver-
tere.
nà cum vniuersis Longobardis, qui Gentilitate aut Atheismi impietatis irretiti erant, conuersus est ad fidem Catholicam & in baptismate nominatus est Paulus. Quibus videoas magna Dei consilio factum esse, ut robustissimæ gentes eademque indomicae sive Christiano sive Catholiconomini infensiissimæ Franci, Goti, & Longobardi auitis abdicatis erroribus conuerterint ad verum Religionis cultum, Franci in Gallia per Crotildem Reginam Burgundam, Goti in Hispania per Ingundem Francam, Longobardi in Italia per Theodelindam Bauaram.

Sophro-
nia.
Anno 509. Sophronia nobilis Romana matrona, cum à Maxentii satellitibus abducenda ad stuprum esset, consentiente etiam premetu me

rito Praefecturam agente, exiguo temporis spacio postulato, quo se decenter ornaret, in cubiculum suum ingressa gladio sibi transfixit pectus, ac mortua concidit. Porro quamvis violentas sibi manus inferre, nec gentilis nec lex Christiana concedat, tamen (quod de Samsone S. Aug. ait) quia latenter hoc Spiritum S. iussisse putandum est, Sophronia extra illorum classem reponenda est. Sicut & Pelagia Virgo Antiochena, quæ cum matre & sororibus hac eadem persecutione manus carnificis & sententiam principis leonibus illudendas tradentis effugerunt; Pelagia è sublimi domus tecto precipitem se dando, mater & sorores aquis se immergendo; quas ob præclarum facinus S. Ambrosius miris extulit præconiis, & S. Chrysostomus pro concione laudauit, earundemque tantis nonminibus Eusebius & Aug. meminisse videntur. Sic & Athanasius scribit nonnullas Virgines Alexandrinas, dum grassarentur in eas Arriani, scese in puteos præcipites egisse. Extantque alia complura eiusmodi exempla admiranda illa quidem, sed non facile imitanda. Illud verò planè egregium Euphrasiae Virginis Nicomediensis, quæ *na posse* eadem persecutione Diocletiani ad lupanar iti- *sunt ferme* dem ducta, cum ab intromisso iuuene esset vio- *ipsas* landa, ad mercedem ingentem conferuatae pudici- *seruata* pollicita, pharmacum aduersus quoscunque *re, si vero* ferri aut telorum ictus, simulque cera oleo liquefacta collum suum inungens vim remedii in se experiri hortata vnico ciuidem iuuenis gladii ictu & suæ virginitatis integritati prospexit, & co-

ronæ martyrii per cupidè lucrum fecit. Recensit
hæc Nicephorus: quæ vulgaris ille poeta, hac es-
parte nec nominandus, impiè poeticis figmentis
attexere non est veritus.

Publia.

Anno Christi 362. enituit inter fœminas ma-
gno præconio veneranda matrona nomine Publia
quæ secum habens chorum virginum perpetuan-
Fœmi- castimoniam professarum, quandocumq; Julianus
na pos- illac prætergredeleretur, cum eis canebat illos po-
sunt tilissimum psalmos, quibus debilitas simulacra-
maiore rum scitè deridetur. Illis autem conticescere iul-
virtute lis, sed maiori alacritate perseverantibus irata
contra Imperator Publiam ad se adductam per satelli-
nisi. tem verberari, & genas manibus cruentari iusti-
Fœmi-

na Ver-
cellen-
sis.

Anno Christi 367. Refert Amianus de Gra-
tiani nimia feueritate in punicidis quibuscunque
leuisimis delictis. At superauit, inquit, omnibus
fus seritas aduersus Christianam fœminam Ver-
cellensem exhibita, quæ à mairo potulata reful-
innocens criminis adulterii, exquisitis diu tor-
mentis lacerata, nec vñquam adducta se fallo ac-
cusare, ex confessione tamen adolescentis, qui è

MATHM stuprum admissum vi tormentorum afflueret
innocē- vnà cum illo capit is dannata est. Sed cum ado-
tia à lessentis ad primum statim ictum amputatus
Deisfo- esset gladio caput, ipsa septies icta, nec tam en-
les de- fa, nili quod mucro lethalis leuiter perstringeret
fends. cutem, rasuræ modicæ sanguinem adspersit, que-
si tamen mortua ad tumulum elata, inde vnu-
ducta sanata est. Quam rem gestam luculentem
style S. Hieronymus persecutus est plane dico

Et ans seuerissimi principis per ministros crudeliores sequentem nimium in persecundis delictis ardorem, quo innocentes quoque interdum puniri contigeret.

Anno Christi 371. Cum Valens Imperator *Mu-*
Antiochia recedens in superiorem Syriam pere-*lier ora-*
grinaretur, Edessam profectus causa magnifici vi-*t hodo-*
dendi templi S. Thomae Apostolo dicati, sancti-*xii.*
tate & hominum frequentia celeberrimi, conspe-
cta ibidem magna Orthodoxorum multitudine,
qui quod Ecclesiis priuarentur in campo ante ci-
uitatem conuentus agebant; Modestum praefectum
Etum contumeliosis verbis arguens, pugnoque *ne per*
maxillam percutiens, quod eiusmodi conuentus patien-
fieri permitisset, imperavit vi multitudinem dis-*tiam*
sipare, virgisque ac fustibus cædere. Quod exequi *possunt*
praefectus latagens dum per forum transiret, mu-*vincer-*
lerculam vidit infantem manibus gestantem, ac re-
properantem: qua interrogata cum accepisset eam
ad reliquam Catholicorum multitudinem festi-
nam contendere, ut una cum paruulo infante cæ-
dem orthodoxis intentata subiret, obstupefactus,
& ex eius animo aliorum omnium flagrans mar-
tyrii desiderium perspiciens, rem ad imperato-
rem detulit, cædemque illis frustra illatam fore
docens, commonuit precipere, ut abstinetur à
nece populi. Narrant hanc fusius historiam

Theodoreetus, Socrates, atque

Sozomenus.

V 4

Ex

Ex annuis literis Soc. Ies.

1604.

DE Aniciensi quodam Virginis Assumptae Alumno haec memoria ntur. Vnus artificiosutor, alioqui imperitus tanto cum pietatis sensu motibundus vim mortis perferebat, vt domesticos externosque non semel in admirationem rupret. O quam bonum inclamabat ferre iugum Opifices posse. sacerdibus in cruce Domini gloriari! Video sunt se B. Stephanum stantem à dextris Dei filii, nimis mirum cù suis ut mihi currenti aut potius cursum consummanti brauium æternæ felicitatis prætendant. Post aliquot dies aduocatis, quos habebat, filiis duobus, maiori natu dixit: fili, imminet mihi, Deo ita iubente, dies supremus: vnum à te velim, quod ut facias, enixè postulo, & impero: mihi videlicet ut succedas, meumq; ut occupes locū in sodalitio Assumptæ Virginis: tum ad minorem conuersus, ni pellema, inquit, moresque mutaueris, faciam meis apud Deum precibus, vt ante annum mortem cum vita commutes. Et verò eum propria non fecellit opinio: nam & ille sodalitati nomen dedit, & hic miserè dicam, an impiè? antenonum mensem extinxus est.

Ex R.P. Andrea Schotto Soc. Iesu libro de bono silentii c. 22.

MAgnum sanè, vt est reuera, Christiano videatur, cupiditati imperare, maius verò ac præ-

præclarius prouidere, ne quis hoc morbo corripiat-
tur. Cui malo remedia colligamus, & quidem ex
Isidoro D. Chrysostomi Auditore: cuius ego nu-
per sacrarum lectione epistolarū captus, quæ par-
tem maximam sacræ scripturæ loca explanant,
partim etiam egregiè informat, hæc mihi decerpsti,
& vobiscum sine inuidia communico. Sic enim
Palladio Episcopo suadet. Qui sacerdotum, inquit,
munere funguntur, sanctiores, cautoresque illis
esse oportet monachis, qui ad montes se contule-
runt. Hienim sibi duntaxat: illi verò sui & plebis
curam gerunt. Illi in oculis versantur, omnes-
que eorum vitam perscrutantur, atque explorant,
hi sua vulnera & adolescentiæ vitiæ deplorant,
coronas sibi nectentes. Si qua igitur necessitas
cum fœminis colloqui cogat, oculos humi deie-
ctos habeant, cumque pauca, quæ illas erudiant,
locuti fuerint, statim auolent, ne fortè diuturna
consuetudo vires emolliat atque infringat. Quod
si à mulieribus honorari cupis, spiritalem virum
id minimè decet. Quare nihil tibi cum fœmi-
nis commercii sit ac tum demum ab illis hono-
rem consequeris. Muliebre enim ingenium hoc
est: intolerandam se præbet, cum quis ipsi blan-
ditur, admiratur contrà ac suspicit, qui maiori
prædicti libertate authoritate apud eas v-
tuntur ampliore.



Sequentia ex S. Scriptura.

Exemplum principale de pio & felice
principio, progressu, fine & posteritate
utriusque S. Tobiae coniugii selectum
ex contextu verbis Scripturæ.

Caput I.

Maius- **vitis.** **Gesta**
pueris- **ritia.**

Tobias ex tribu & ciuitate Neptalam cum captus esset in diebus Salmanzar regis Asyriorum, in captiuitate tamen positus viam veritatis non deseruit, ita ut omnia, quæ habent poterat, quotidie conceptiuis fratribus, qui erant ex eius genere impertiret. Cumque esset iunior omnibus in tribu Neptalam, nihil rem puerile gesit in opere. Denique cum irent omnes ad vitulos aureos, quos Hieroboam fecerat rex Israel, hic solus fugiebat confititia omnium, & pergebat in Hierusalem ad templum Domini: & ibi adorabat Dominum Deum Israel omnia primaria sua & decimam fideliter offerens, ita ut tertio anno Profeylemus & aduenis ministraret omnem decimationem. Hæc & his similia secundum legem Dei puerilis faciebat. Cum vero factus fuisset, vir, apud cepit uxorem Annam de tribu sua: genuitque ea

ea filium nomen suum imponens ei : quem ab
 infantia timere Deum docuit & abstinere ab o-
 mni peccato. Igitur dum per captiuitatem deue-
 nisset cum vxore sua & filio in ciuitatem Niniuem
 cum omni tribu sua , & cum omnes comedie-
 rent ex cibis gentilium , iste custodivit animam
 suam , & nunquam contaminatus est in elcis ipso-
 rum : & quoniam memor fuit Domini in toto
 corde suo , dedit illi Deus gratiam suam in conspe-
 ctu Salmanar Regis , & dedit illi potestatem quo .
 cunque vellet ire habens potestatem quæcun-
 que facere voluisse. Pergebat enim per omnes ,
 qui erant in captiuitate & monita salutis dabat eis .
 Post multum verò temporis mortuo Salmanar
 rege , cum regnaret Senacherib filius eius pro eo ,
 filios Israel exoslos haberet in conspectu suo To-
 bias quotidie pergebat per omnem cognitionem
 suam , & consolabatur eos , diuidebatque vnicuique
 prout poterat , de facultatibus suis : esurientes ale-
 bat , nudisque vestimenta præbebat , & mortuis at-
 que occisis sollicitè sepulturam exhibebat . Deniq;
 cum reuersus esset Rex Senacherib fugiens à Iu-
 daea plagiā , quam circa eam fecerat Deus propter
 blasphemiam suam , & iratus multos occideret ex
 filiis Israel , Tobias sepeliebat corpora eorum . At
 ubi nunciatum est regi , iussit eum occidi , & tulit
 omnē substantiam eius . Tobias verè fugiens eum
 vxore sua & filio nudus latuit , quia multi dilige-
 bant eum , post dies verò 40 . occiderunt regem si-
 lii eius . Et reuersus est Tobias in domum suam
 omnisque facultas restituta est ei .

Eadem

Ob pio-
 tatem
 grasse-
 sus re-
 gi.
 Visua
 & me-
 net.

Ex ca. Eadem die contigit, vt Sara filia Raguelis in
III. Rages ciuitates Medorū & ipsa audiret impropo-
 rium ex vna ex ancillis patris sui, quoniam tradita-
 fuerat septem viris, & Dæmonium nomine Asmo-
 dæus occiderat eos mox, vt ingressi fuissent ad
 eam. Itaq; Rachel perrexit in superius cubiculum
 domus suæ, & tribus diebus & 3. noctibus non
 manducauit neq; babit, sed in oratione perstans
 cum lacrymis deprecabatur Deum, vt ab isto im-
 properio liberaret eam: Tu scis, inquit, Domine,
 quia nunquam concupiui virum, & mundam fer-
 uaui animam meam ab omni concupiscentia.

Conti- Nunquam cum ludentibus misciui men; neque cum
nentia his, qui in leuitate ambulant, participē me prebū.
Rache- Virum autem cum timore tuo, non cum libidine
lis pue- mea confensi suscipere. Et aut ego indigna fui illis:
rius. aut illi forsitan me non fuerunt digni, quia fortis
 viro alii conseruasti me. Non est in hominis potest.

Spes cō- state confilium tuum. Hoc autem pro certo habet
iuncta omnis, qui colit te, quia vita eius si in probatione fue-
precs- fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fue-
 rit, liberatur, & si in corruptione fuerit, ad mili-
 cordiam tuam venire licebit. Non enim delecta-
 ris in perditionibus nostris, quia post tempestatę
 tranquillum facis, & post lacrymationem & fieri
 exultationem infundis. Sit nomen tuum Deus Is-
 rael benedictum in sæcula. In illo tempore exau-
 ditæ sunt preces amborum in conspectu gloriae
 summi Dei: & missus est Angelus Domini S. Ra-
 phael, vt curaret eos ambos, quorum uno tempo-
 re sunt orationes in conspectu Domini recitatae.

Caput

Caput IV.

Igitur cum Tobias putaret orationem suam
exaudiri, ut mori potuisset, vocauit ad se Tobiam
filium suum dixitque ei. Audi fili mi verba oris
mei, & ea in corde tuo quasi fundamentum con-
strue. Cum acceperit Deus animam meam corpus
meum sepeli, & honorem habebis matr̄ tuę o-
mnibus diebus vitę eius. Memor enim esse debes,
quę & quanta pericula p̄flla sit propter te in utero
suo. Cum autem & ipsa compleuerit tempus virę *Moni-*
suę, sepelies eam circa me. Omnibus autem die- *ta pa-*
bus vitę in mente habeto Deum: & caue ne a- *tris ad*
liquando peccato consentias, & pr̄terminnas *filium*
pr̄cepta Dei nostri. Ex substantia tua fac Ele-
mosynam, & noli auertere faciem tuam ab eo-
mni paupere. Ita enim fiet, vt nec à te auertatur
facies Domini. Quomodo potueris, ita esto miser-
icors. Si multum tibi fuerit, abundantanter tribue:
sic exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter
impartiri stude. Pr̄mium enim bonum tibi the-
saurizas in die necessitatis: quoniam eleemosyna
ab omni peccato & à morte liberat, & non patie-
tur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit
coram summo Deo eleemosyna omnibus facien-
tibus eam. Attende tibi fili mi ab omni fornicatione,
& pr̄ter vxorem nunquam patiaris cri-
men scire. Superbiā nunquam in tuo sensu aut
in tuo verbo dominari permittas. In ipsa enim
sumsit initium omnis perditio. Quæcumque tibi
aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem resti-

Tunc

tue: & merces mercenarii apud te omnino non
permaneat. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide
ne tu aliquando alteri facias. Panem tuum cum
esurientibus & egentibus comedere, & de vestimen-
tis tuis nudos tege. Panem tuum & vinum tuum
super sepulturam iusti conflitue, & noli ex eo ma-
ducare & bibere cum peccatoribus. Consilium
semper à sapiente perqniere. Omni tempore ben-
dic Deum, & pete ab eo, vt vias tuas dirigat, & o-
mnia consilia tua in ipso permaneant. Indico et-
iam tibi fili mi, dedisse me decem talenta argenti,
dum infantulus essem Gabelo in Rages ciuitate
Medorum, & Chirographum eius apud me habeo.
Et ideo perquiere quomodo ad eum peruenias, &
recipias ab eo supra memoratum pondus argenti,
& restitue ei Chirographum suum. Noli timere
fili mi: pauperem quidem vitam gerimus, sed mul-
ta bona habebimus, si timuerimus Deum: & recel-
lerimus ab omni pecato & fecerimus bonum.

Ex 64.

V.

Dixit Tobias ad Angelum Raphaelem: vbi
vis vt maneas? Respondensque angelus ait. Et
hic Raguel nomine vir propinquus de tribu tua:
& hic habet filiam nomine Saram: sed neque ma-
sculum neque fœminam ullam habet aliam pra-
ter eam. Tibi debetur omnis substantia eius, & o-
portet eam te accipere coniugem. Pete ergo eam
à patre eius, & dabat tibi eam vxorem. Tunc
respondit Tobias & dixit. Audio, quia tradita
est septem viris, & mortui sunt; sed & hoc au-
diui, quia dæmonium occidit eos. Timeo er-
go, ne forte & hoc mihi eveniat, & cum sim vni-

etis parētibus meis , deponam senectutem illorum *Consi-*
cum tristitia ad inferos. Tunc Angelus Raphael *lium*
dixit ei : Audi me , & ostendam tibi , qui sunt , qui *Ange-*
bus præualere potest dæmonium . Hi namque , qui *licens.*
coniugium ita suscipiunt , vt Deum ? se & à sua
mente excludant , & suæ libidini ita vacent , sic
ut equus & mulus , quibus non est intellectus ,
habet potestatem dæmonium super eos. Tu
autem cum acceperis eam ingressus cubiculum
per tres dies continens est ab eo , & nihil aliud ,
nisi orationibus vacabis cum ea . Ipsa autem no-
tæ incenso iecore piscis fugabitur Dæmonium .
Secunda autem nocte in copulationem sancto-
rum Patrum admitteris : tertia autem nocte be-
nedictionem consequeris , vt filii ex vobis pro-
creentur incolumes . Transacta autem tertia no-
tæ accipies virginem cum timore Domini a-
more filiorum magis , quam libidinis ductus ,
vt in semine Abrahæ benedictionem in filiis
consequaris .

Dixit Angelus Ragueli vis dare filiam tuam *Ex ea.*
Saram huic Iuueni Tobiae : quoniam huic timenti *VIII.*
Deum dabitur coniux filia tua . Propterea alias
non potuit habere illam . Tunc dixit Raguel :
non dubito quod Deus preces & lacrymas meas
in conspectu suo admiserit . Et credo quoniam id-
eo fecit vos venire ad me , vt & ista coniungeretur
cognitioni suæ secundum legem Moyli . Et nunc
noli dubium gerere quod tibi eam tradam .
Et apprehendens dextram filiæ suæ dexteræ
Tobie

Tobiæ tradidit dicens: Deus Abraham, Deus Isaac & Deus Iacob vobiscum sit: & ipse coniunga vos impleatque benedictionem suam in yobis. Et accepta charta fecerunt conscriptionem coniugii. Et post hoc epulati sunt benedicentes Deum. Vocavitque Raguel ad se Annam vxorem suam & præcepit ei, ut præpararet alterum cubiculum: Ei introduxit illuc Saram filiam suam, & lacrymata est dixitque ei: forti animo esto filia mea: Dominus cœli det tibi gaudium pro tempore, quod perpesta es.

Ex. 54. Postquam vero cœnauerunt, introduxerunt iuuenem ad eam. Recordatus itaque Tobias sermonum Angeli protulit de cassidili suo partem icoris: posuitq; eam super carbones viuos. Tunc Raphael Angelus apprehendit Dæmonium, & religasit illud in desertum superioris Aegypti. Tunc hortatus est Virginem Tobias dixitque ei: Sara exurge & deprecemur Deum hodie, & cras & secundum cras: quia his tribus noctibus Deo iungimur: tertia aate in transacta nocte, in nostro coniugio erimus. Filii quippe sanctorum sumus, & non possumus ita coniungi, sicut gentes, qui ignorant Deum. Surgentes autem pariter instanter orabant ambo simul, ut sanitas daretur eis. Dixitque Tobias: Domine Deus Patrum nostrorum benedicente Cœli terræ, Mareque, & fontes & flumina, & omnes creaturæ tuæ, quæ in eis sunt. Tu fecisti Adam de limo Terra: deditisq; ei Adiutorium Euam: & nunc domine tu sis quia non luxuria causa accipio sororem meam.

coniu gem, sed sola posteritatis dilectione, in qua
benedicatur nomen tuum in secula seculorum.
Dixit itaque Sara Miserere nobis Domine, misere-
re nobis : & consenseremus ambo pariter sani.
Salua utriusque incolumentate. Dixit Raguel uxori
suæ, vt instrueret coniuium, & præpararet o-
mnia, quæ in cibos erant iter agentibus necessaria.
Duas ego pingues vaceas, & quatuor arietes occidi
fecit: & parari epulas omnibus vicinis suis, cun-
ctisq; amicis. Et adiurauit Raguel Tobiam, vt duas
hebdomadas moraretur apud eum. De omnibus
autem, quæ possidebat Raguel, dimidiam partem
dedit Tobiæ, & fecit hanc scripturam, vt pars di- *Conui-*
dimia, quæ supererat, post obitum eorum Tobiæ *uium*
Dominio eueniret. Sed cum timore Dominini nu- *vicino-*
ptierum coniuium exercebant.

Caput XI.

Post reuersionem vocauit ad se Tobias filium
suum: dixitque ei: Quid possumus dare viro isti
sancto, qui venit? Respondens Tobias dixit patri
suo. Pater, quam mercedem dabimus ei aut quid
dignum poterit esse beneficiis eius? Me duxit &
reduxit sanum: pecuniam à Gabelo ipse recepit:
vxorem ipse me habere fecit, & dæmonium ab ea
ipse compescuit: gaudium parentibus eius fecit:
me ipsum à deuoratione piscis eripuit: te quoque
videre fecit lumen Cæli, & bonis omnibus repleti
per eum sumus. Quid illi adhuc poterimus di-
gnum dare? Sed peto te pater mi, vt roges eum si
forte dimidiam partem dignabitur de omnibus,
quæ allata sunt, accipere. Et vocantes eum pater &

X

filius

filiostulerunt in partem, & rogare cæperunt, vi
dignaretur dimidiā partem omnium, quæ at
tulerant acceptam habere. Tunc dixit eis occul
te. Benedicite Deum Cæli, & coram omnibus
viuentibus confitemini ei, quia fecit vobiscum
misericordiam suam. Etenim sacramentum re
gis abscondere bonum est: opera autem Dei reue
lare & confiteri honorificum est. Bona est oratio
cum ieiunio & Eleemosyna magis, quam thesau
ros auri recondere, quoniam eleemosyna à mor
te liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & fa
cit inuenire vitam aeternam. Qui autem faciunt
iniquitatem & peccatum, hostes sunt animæ sua.
Manifesto ergo vobis veritatem, & non abscon
dam à vobis occultum sermonem. Quando ora
bas cum lacrymis & sepeliebas mortuos, & de re
linquebas prandium tuum, & mortuos abscon
debas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas
eos. ego obtuli orationem tuam Domino. Et quis
acceptus eras Deo, necesse erat, ut tentatio proba
ret te. Et nunc misit me Dominus ut curarem
te: & Saram vxorem filii tui à Dæmonio libera
rem. Ego enim sum Raphael angelus unus ex
septem, qui astamus ante dominum. Cumque
hæc audissent, turbati sunt, & trementes occiderunt
in terram super faciem suam. Dixitq; eis angelus:
Pax vobis: nolite timere. Etenim cum essem vo
biscum, per voluntatem Dei eram: videbar qui
dem vobiscum manducare & bibere, sed ego cibo
inuitibili & potu, qui ab hominibus videri non
potest, vtor. Tempus ergo est, ut reuertar ad eum,

*Ange
lus se
rene.
lat.*

qui memisiſt. Vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia eius : ipsum benedicite & cantate ei. Et cum hæc dixiſſet, ab aspectu eorum ablatus eſt : & ultrà eum videre non potuerunt. Tunc prostrati per horas tres in faciem benedixerunt Deum : & exurgentes narauerunt omnia mirabilia eius.

Et consummati sunt sermones Tobiae. Et postquam illuminatus eſt Tobias vixit annis 42. & vidit filios nepotum suorum. Completis itaq; annis centum duobus sepultus eſt honorificè in Niniue. Quinquaginta namque & sex annorum lumen oculorum amisit, sexagenarius verò recepit. Reliquum verò vitæ in gaudio fuit, & cum bono profectu timoris Dei perrexit in pace. Factum eſt autem post obitum matris suæ Tobias abcessit ex Niniue cum vxore sua & filiis, & filiorum filiis, & reuersus eſt ad soceros suos. Inuenitque eos incolumes in senectute bona, & curam eorum gessit. Et ipſe clausit oculos eorum & omnem hæreditatem domus Raguelis ipſe percepit, vidiſque quintam generationem, filios filiorum suorum. Et completis annis nonaginta & nouem in timore Domini cum gudio ſepelierunt cum: omnis autem cognatio eius & omnis generatio eius in bona vita & in sancta conuerſatione permanſit, ut accepti eſſent tam Deo, quam hominibus, & cunctis habitantibus terram.

Ca. 14.

**

**

X . 2

De

*De honorabili coniugio sancta & insula
cta viduitate S. Iudit ex eius
dem libro.*

Cap. 8. **F**uit Iudit vidua Manassis ex tribu Ruben, qui mortuus est in diebus messis hordeaceas instabat enim super alligantes manipulos in campo & venit æstus super caput eius, & mortuus est in Betulia ciuitate sua, & sepultus illic cum attribus suis. Erat autem Iudit reliqua eius vidua iam annis tribus & mensibus sex. Et in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur, & habens super lumbos suos cilicium ieunabat omnibus diebus vitae suæ præter sabbata, & neomenias & festa domus Israel. Erat autem eleganti aspectu nimis: cui vir suus reliquerat diuitias multas, & familiam copiosam, & possessiones armentis boum & gregibus ouium plenas. Et hæc in omnibus famosissima: quoniam timebat Dominum validè, nec erat, qui loqueretur de illa verbum malum. Ad eam Ozias sumus sacerdos & Presbyteri dixerunt. Omnia quæ locuta es vera sunt, & non est in letimonibus tuis nulla reprehensio. Nunc ergo ora prob nobis, quoniam mulier sancta es, & timens Deum. Et dixit illis Iudit: Sicut quod potui loqui proculse cognoscitis: ita quod facere disposui, probate, si ex Deo est, & orate, ut firmum faciat Deus consilium meum.

Cap. 9. Quibus abscendetibus Iudit ingressa est oratorium

ratorium suum, & induens se cilicio posuit cincera super caput suum, & prosternens se Domino clamabat ad Dominum.

Factum est autem cum cessasset clamare ad *Ca. 10.*
Dominum, surrexit de loco, in quo iacuerat prostrata ad Dominum. Vocauitq; Abram suam, & descendens in domum suam abstulit a se Cilicium: & exuit se vestimentis viduitatis suæ & lauit corpus suum, & vnxit se myrrho optimo, & discrimita crimen capititis sui, & imposuit mitram super caput suum, & induit se vestimentis iucunditatibus suæ, induitque sandalia pedibus suis, aspergitque dextrariola, & lilia & inaures, & annulos, & omnibus ornamentiis suis ornauit se. Cui etiam Dominus contulit splendorem: quoniam omnis ista compositio non ex libidine, sed ex virtute procedebat.

Et induxerunt illam in tabernaculum Holofernis serui eius, quod praeceperat, & petuit dum introiret, ut daretur ei copia nocte & ante lucem egrediendi foras adorationem & deprecandi Dominum. Et introiens munda manebat in tabernaculo, usque dum acciperet escam suam usque in vesperum.

Præcio Holofernis capite reuersa ad muros Beluliae ostendit populo & ait: Viuit Dominus, quoniam custodiuit nec angelus Domini ibi morantem & inde huic reuerentem: & non permisit me Dominus ancillam suam coquinari, sed sine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentem in victoria sua, in euasionem autem in liberatione vestra.

Cap. 15. Cumq; omnis exercitus decollatum Holofernem audisset, fugit mens & consilium ab eis, & solo tremore & metu agitati fugæ præsidium sumunt.

Ca. 16. Et factum est post hoc omnis populus post victoriam venit in Ierusalem adorare Dominum, & mox ut purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta, & vota & repromissiones suas. Porro Iudit vniuersa vasa bellica Holofernisi, quæ deditibili populus, & conopæum, quod illa sustulerat, obtulit in anathema obliuionis. Erat autem populus iucundus secundum faciem sanctorum: & per tres menses gaudium huius victoriæ celebratum est cum Iudith. Post dies autem illos vnuquisque rediit in sua: & Iudit magna facta est in Betulia, & præclarior erat vniuersæ terræ Israel. Erat autem virtuti castitas adiuncta ita, vt non cognosceret virum omnibus diebus vitæ suæ, ex quo defunctus est Manasses vir eius. Erat autem diebus festis procedens cum magna gloria. Mansit autem in domo yiri sui annis centum quinque & dimidii Abraham suam liberam: & defuncta est & sepulta cum viro suo in Betulia: luxitque illam omnis populus diebus septem. In omni autem spacio vitæ suæ non erat, qui perturbaret Israel, & post mortem suam annis multis. Dies autem victoriæ huius festivitatis ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudeis ex illo tempore usque presentem diem.

D

*De trium Patriarcharum Abraham,
Iaac, & Iacob cæptis & perfec-
tis Diniuo nutu nuptiis: sparsim ver-
bis ex textu Sacrae Scri-
pturæ desum-
ptis.*

Dixit Dominus ad Abraham: Egressere de *Gen. 12*
terra tua & de cognatione tua, & dedomi-
no patris tui. & veni in terram, quam mon-
strauero tibi faciamque te in gentem magnam,
& benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum,
erisque benedictus. Benedicam benedicentibus
tibi, atque in te benedicentur vniuersæ cognatio-
nes terræ. Egressus est itaque Abram, sicut
præceperat ei Dominus: & iuit cuin eo Loth.
Septuaginta quinque annorum erat Abram,
cum egredeleretur de Aran. Tulitque Sarai vxori
rem suam, & Loth filium fratri sui, vniuer-
samque substantiam quam possederant, & ani-
mas, quas fecerant in Aran, & egressi sunt, vt i-
rent in terram Chanaan. Facta autem est fames
in terra, descenditque Abraham in Aegyptum,
vt peregrinaretur ibi. Cumque prope essent, vt
ingredeneretur Aegyptum, dixit Sarai vxori suæ:
noui quod pulchra sis mulier, & quod cum vi-
derint te Aegyptii, dicturi sint, vxor illius est, &
interficiunt me, & te referuabunt. Vixa muliere

nunciauerunt principes Pharaoni, & laudauerunt
eam apud ipsum. Et sublata est mulier in domum
Pharaonis: Abraham verò bene vñi sunt propter
eam. Fueruntque ei oves & boues, & asini & ser-
ui, & familiae & asinæ, & camelii. Flagellauit autem
Dominus Pharaonem plagiis maxmis, & domum
eius propter Sarai vxorem Abram. Vocauitque
Pharao Abram & dixit ei: Quidnam est hoc,
quod fecisti mihi? Quare non indicasti mihi, quod
vxor tua esset? Quam ob causam dixisti esse vo-
rorem tuam, vt tollerem eam mihi in vxorem?
Nunc igitur ecce coniux tua: accipe eam & va-
de. Præcepitque Pharao super Abram viris, & de-
duxerunt eum, & vxorem eius, & omnia, quæ ha-
bebat.

Gen. 13 Ascendit Abraham de Aegypto ipse & vxor
eius, & omnia quæ habebat, & Lot cum eo ad
Australem plagam. Erat autem diues validè in pos-
sessione auri & argenti.

Gen. 17. Postquam verò nonaginta & nouem anno-
rum esse cæperat, apparuit ei Deus, dixitque ad
eum: Ego Dominus omnipotens, ambula coram
me & esto perfectus, ponamque fædus meum in-
ter me & te, & multiplicabo te vehementer ni-
mis. Cecidit Abram pronus in faciem, dixitque ei
Deus. Ego sum, ponamque pactum meum tecum
erisque pater multarum gentium. Nec ultras vo-
cabatur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abra-
ham, quia patrem multarum gentium confit-
tui te.

Gen. 18. Apparuit autem ei Dominus in conuale-
Mambe

Mambre sedente in ostio tabernaculi sui in ipso seruore Dici. Cumque aperuisset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum.

Quos cum vidisset cucurrit in occursum eorum, & dicit: Domine si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum, sed adferam paucillum aquae, & lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore. Ponamque buccellam panis, & confortetur cor vestrum: postea transibitis. Idcirco enim declinastis ad seruum vestrum. Qui dixerunt. Fac, sicut locutus es. Festinavit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei. Accelerat: tria sata similæ commisce, & fac subcinerios panes. Ipse vero ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerimum, & optimum, deditque puero. Qui festinavit & coxit illum. Tuitque butyrum & lac, & vitulum, quem coxerat, & posuit coram eis. Ipse vero stabat iuxta eos sub arbore. Cumque comedisset, dixerunt ad eum. Vbi est Sara vxor tua? Illa respondet: ecce in tabernaculo est. Cui dixit: Reuertens veniam ad te tempore isto vita comite, & habebit filium Sara vxor tua. Quo auditu Sara risit post ostium tabernaculi. Erant autem ambo senes, prouectæque aetatis, & desierant Saræ fieri muliebria: Quæ risit occulte dicens: Postquam consenui & dominus meus velutis est, voluptati operam dabo? Dixit autem Dominus ad Abram: Quare risit Sara vxor tua dicens: num vero paritura sum anus? Nunquid Deo quicquam est difficile. Iuxta dictum reuertar ad te hoc eodem tempore, vita comite

comite, & habebit Sara filium. Nagauit Sara dicens, non risi, timore perterrita. Dominus autem, non est, inquit ita, sed risisti. Cumque surrexissent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam & Abraham simul gradiebatur deducens eos: dixitque dominus: Num celare porem Abraham, quæ gesturus sum, cum futurus sit in gentem magnam ac robustissimam, & benedictæ sint in eo omnes nationes terræ? Scio enim quod præcepturus fit filiis suis, & domui sui post se, vt custodiant viam Domui, & faciant iudicium & iustitiam, vt adducat Dominus propter Abraham omnia, quæ locutus est ad eum, dixitque Dominus. Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Descendam & videbo, vtrum clamore in, qui venit ad me, obre compleuerint, an non est ita, vt sciam. Conuerterunque se inde & abierunt Sodomam. Abraham verò adhuc stabat coram Domino & apoplinquas ait: Num perdes iustum cum impiis? Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, peribunt simul: Respondit Dominus dimittam omnino propter quinquaginta iustos, si fuerint in eis viginti, & denique decem. Dixit Dominus non dolebo propter decem. Abiit Dominis postquam cessauit loqui ad Abraham & ille reuerlus est in locum suum.

*Depec-**catis**Sodo-**me.**Ob 10.**iustos**none-**rat So-**doma**perden-**da.**Ca. 19.*

Veneruntque duo angeli Sodomam vesperi sedente Loth in foribus ciuitatis. Qui cum vi-
disca

disset eos; surrexst, & iuit obuiam eis, adorauit-
que pronus in terram, & dixit, obsecro Domi-
ni, declinate in domum pueri vestri, & manete i-
bi! Lauate pedes vestros, & mane proficisci emi
in terram vestram. Qui dixerunt. Minime, sed ma-
nebimus in platea. Compulit illos oppidò, vt
diuerterent ad eum. Ingressisque domum eius
fecit coniuivium: coxit azyma & comedierunt.
Prius autem quam irent cubitum, viri ciuita-
tis vallauerunt domum ipsius à puerō vsque ad
senem, omnis populus simul. Vocauerunque
Loth, & dixerunt ei. Vbi sunt viri, qui introie-
runt ad te nocte? Educ illos huc, vt cognosca-
mus eos. Egressus ad eos Loth post tergum ac-
ciudens ostium ait: Nolite quæso fratres mei,
nolite malum hoc facere: habeo duas filias,
quæ necdum cognouerunt virum. Educam eas ad
vos, & abutimini eis, sicut vobis placuerit,
dummodo viris istis nihil mali faciatis, quia in-
gressi sunt sub umbra culminis mei. A illi dixe-
runt recede illuc. Et rursus, Ingressus es, in-
quiunt, vt aduenia, nunquid vt iudices? Te ergo
ipsum magis, quam hos affligemus. Vimque fa-
ciebant Loth vehementissime. Itaque prope eVltio
rat, vt cfringerent fores eius, & ecc misse-
cupidin-
runt manum viri, & introduxerunt ad se Loth, nus &
claueruntque ostium, & eos qui foris erant, per-
cusserunt cæcitatem ita, vt ostium inuenire non pos-
sunt. Dixerunt autem ad Loth. Habes hic quem
piam tuorum generum, aut filios aut filias eius &
dixit, surgite & egredimini de loco isto, qa delebit
domi-

dominus ciuitatem hanc. Et visus est quasi ludens loqui generis suis , qui accepturi erant filios eius. Cumq; esset mane, cogebant eum angeli dicentes. Surge tolle vxorem suam & filias, quas habes, ne & tu pariter pereas. in scelere ciuitatis Dissimulante illo apprehenderunt manum eius & manum vxoris , & duarum filiorum eius eduxerunt eum & posuerunt extra ciuitatem, ibic; ad eum locuti sunt dicentes. Salua animam tuam: noli respicere post tergum , nec flos in omni regione circa , sed in monte saluum te fac ne & tu simul pereas. Loth autem petiit pro mansione in oppido Segor. Dixitq; ad eum: ecce etiam in hoc suscepisti preces tuas , vt non subuertam vrbem, pro qua locutus es. Festina & saluare ibi, quia non potero facere quicquam , donec ingrediaris illuc. Idecirco vocatum est nomen illius vrbis Segor. Sol egressus est, super terram & Loth ingressus est Segor. Igitur Dominus pluit super Sodamam & Gomorram sulphur & ignem à Domino de celo , & subuertit ciuitates has & omnem circa regionem, vniuersos habitatores vrbium & cuncta terræ videntia. Respiciensq; vxor eius post le versa est in statuam salis. Abraham autem consurgens mane , vbi steterat prius cum Domino , viditque ascendentem fauillam de terra , quasi fornacis sum. Et Dominus recordatus est eius , & liberavit Loth de subuersione vbiuum. Ascendit quoque Loth de Segor & mansit in monte, duæque filiae eius cum eo. (Timuerat enim manere in Segor vbi in spelunca montis ambæ ex inebriato patre genuerunt Moab & Ammon.

*Sub-
uersio
pen-
ta-
polis.*

Profectus inde Abraham in terram Australem *Ge. 20.*
 habitauit inter Cades & Sur, & peregrinatus est in
 Geraris. Dixitq; de Sara vxore sua, foror mea est.
 Misit ergo Abimelech rex Geraræ & tulit eam.
 Venit autem Deus ad Abimelech per somnum
 nocte & ait illi: En morieris propter mulierem, *Vltio*
 quam tulisti. Habet enim virum. Abimelech ve- *impene-*
rò non tetigerat eam. Et ait: Domine num gentem *dens ob-*
ignorantem & iustam interficies? Nonne ipse *cogita-*
*dixit mihi, foror mea est, & ipsa ait, frater meus *in man-*
est? In simplicitate cordis, & munditia manum *lum.*
 mearum feci istud. Dixitque ad eum Deus: & ego
 scio, quod simplici corde feceris, & ideo custodi-
 ui te, ne peccares in me, & non dimisi, ut rangeres
 illam. Nunc ergo redde viro suo uxoriem, & ora-
 bit pro te, quia propheta est, & viues. Si autem no-
 lueris reddere scito, quod morte morieris tu & *Amif-*
omnia, quae tua sunt. Statimque de nocte confur- sio vita
gens Abimelech vocavit omnes seruos suos, & lo- & o-
*catus est vniuersa verba hæc in auribus eorum. *mniūm**
Timueruntque omnes viri valdè. Vocavit quoq; ob detē-
*Abraham & dixit: cur fecisti hoc? Respōdit Abra *tionem**
*ham Abimelech: Cogitavi tecum dicens forfītā *alīenā**
*non est timor Dei in loco isto, & interficient me *uxoris**
*propter vxorem meam. Orante autem Abraham *vel spō-**
fauit Deus Abimelech, & vxorem ancillasq; e- se.
*ius, & peperunt, quæ steriles factæ erant.**

Tentauit Deus Abraham & dixit ad eum: Tol- *Ca. 21.*
 le filium tuum vniogenitum quem diligis Isaac, &
 vade in terram vitionis atque ibi offeres eum in
 holocaustum super vnum montium quem mon-

itraue-

strauerot tibi. Quo obediens & liberato tamē
filio per angelum verantem occidere, vocauit
Angelus Domini Abraham secundo de celo di-
Remu- cens. Per memetipsum iuraui dicit dominus
neratio quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo
obediē- vnigenito propter me, benedicam tibi, & multi-
tia. plicabo sementium, sicut stellas Cæli, & velut ar-
nam, quæ est in litore maris. Possidebit seme-
tuum portas inimicorum suorum & benedicen-
tur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedi-
sti voci meæ.

23. Vixit autem Sara centum viginti annis, &
mortua est in ciuitate Arno, quæ est Hebron in
terra Chanaan. Venitque Abraham ut plangeret
& fieret eam & sepelivit eam in spelunca agri du-
pli, quæ respiciebat Mambre: hæc est Hebron in
terra Chanaan.

24. Erat autem Abraham senex, dierumque mul-
torum, & Dominus in cunctis benedixerat ei: &
dixit ad seruum suum seniorem domus suæ, qui
prærerat omnibus, quæ habebat: Pone manu-
tuam subter femur meum, ut adiurem te per
Deum Cæli & terræ, ut non accipias vxorem fi-
lio meo de filiabus Chanaan, inter quos habeo
sed ad terram & cognationem meam proficien-
ris, & inde accipies vxorem filio meo Isaac. Do-
Angeli minus ait, in cuius conspectu ambulo, mittet an-
deduc- lum suum tecum, & diriget viam tuam: accipies
Nio. vxorem filio meo de cognatione mea, & de do-
mo patris mei. Innocens eris à maledictione me-
cum veneris ad proximos meos, & non dederis mihi

tibi. Inuenit igitur ex condicto Rebeccam filiam Batuelis ad pureum haurientem aquam suspenditque inaures ad velandam faciem eius, & armillas posuit in manibus eius. Consentiente patre prolatis vasis aureis & argenteis, & vestibus dedit Rebeccae pro munere. Fratribus quoq; eius & matri dona obtulit. Initioq; conuiuio velcentes pariter & bidentes manserunt ibi. Surgens ergo mane locutus est seruus: *Dimitte me, vt vadam ad dominum meum.* Responderuntq; frater eius & mater. *Maneat saltem puella decim dies apud nos, & ppstea pfectetur.* Nolite, ait, me retinere: quia dominus direxit viam meam. *Dimittite me, vt pergam ad dominum meum.* Et dixerunt: vocemus pueram, & quæramus ipsius voluntatem. Cumq; vocata fuisset, sciscitati fuit: *Vis ire cum homine isto?* Quæ ait: vadam. Dimiseruntq; eam, & nutricem eius, seruumq; Abraham, & comites eius imprecantes prospera forori suæ, atq; dicentes: *Soror nostra es: crescas in mille millia, & possideat semen tuum portas inimicorum suorum.* Igitur Rebecca & pueræ ipsius ascensit camelis, secutæ sunt virum: qui festinus reuertebatur ad Dominum suum. Eo autem tempore deambulabat Isaac per viam, quæ ducit ad puteum, cuius nomen est viuentis. Habitabat enim in terra Australi, & egreditus fuerat ad meditandum in agro inclinata iam die. Cumque eleuasset oculos vidit camelos procul venientes. Rebecca quoque conspecto Isaac descendit de camello, & ait ad puerum, *quis est iste homo, qui venit per agrum in*

OCCUR-

occursum nobis? Dixitque ei: ipse est Dominus meus. At illa tollens citò pallium suum operuit se. Seruus autem cuncta quæ gesserat, narravit Dominus suo Isaac. Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris suæ: & in tantum dilexit eam, ut do- lorem, qui ex morte matris acciderat, tempe raret.

25. Deprecatusque est Isaac Dominum pro vxo- re sua eō, quod sterilis esset. Qui exaudiuit eum & dedit conceptum Rebeccæ, sed collidebantur in vtero paruuli. Quæ ait: si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere? Perrexitq; Rebec- ca, ut consuleret Dominum. Qui respondens ait duæ gentes sunt in vtero tuo: & duo populi ex ventre tuo diuidentur: populusque populum su- perabit, & maior seruiet minori. Quadragesima an- norum erat Isaac, cum duxisset Rebeccam, & sex- genarius erat, cum nati sunt paruuli.

Quibus adultis factus est Esau vir gnarus ve- nandi, & homo agricola: Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. Isaac amabat Esau eō, quod de venationibus illius vesceretur: & Rebec- ca diligebat Iacob. Coxit autem Iacob pulmen- tum. Ad quem cum venisset Esau de agro, laetus ait: da mihi de coctione hac rufa, quia oppido lassus sum: quam ob causam vocatum est nomen eius Edom. Cui dixit Iacob: vende mihi primo genita: & sic accepto pane & lentiis edulio com- edit & bibit, & abiit parui pendens, quod primo mogenita vendidisset.

26. Vocauitque Isaac Iacob, & benedixit eum pater

præcepitque ei dicens. Noli accipere coniugem de genere Chanaan, sed vade & proficiscere in Mesopotamiam Syriae ad domum Batuelis patris matris tuæ, & accipe tibi inde vxorem de filiabus Laban auunculi tui. Cumque venisset ad quendam locum & vellet in eo requiescere post solis occubitus, tulit de lapidibus, quæ iacebant, & supponens capiti suo dormiuit in eodem loco: vidiq; in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cælum, angelos quoque Dei ascendentes & descendentes, & dominum innixum scalæ dicentem sibi, &c.

De fortitudine Debora & Iabelis matronarum ex cap. 4. libri Iudicum.

Clamauerunt filii Israel ad Dominum, quia Iabin rex Chanaan per 20. annos vehementer oppresserat eos duce exercitus sui Sisara. Erat autem Debora prophetæ vxor Lapidoch: quæ iudicabat populum in illo tempore, & sedebat sub palma, quæ nomine illius vocabatur inter Rama & Bethel in monte Ephraim: ascendebantque ad eam filii Israel in omne iudicium, quæ dixit ad Barach: vade & duce exercitum in montem Thabor: tollesque tecum decem millia pugnatorum de filiis Neptalim & Zabulon: ego autem adducā ad te in loco torrentis Cyson principem exercitus Iabin & currus eius & omnem multitudinem, & tradam eos in manu tua. Dixitque ad eam Barach:

Y

rach:

rach: si venis mecum vadam: si nolueris venire non pergam. Quæ dixit ad eum: Ibo quidem tecum: sed hæc victoria non reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Sisara. Cumque peruenissent ad montem Thabor, Sisara quoque cum nongentis falcatis curribus & exercitu peruenit ad torrentem Cison. Dixitque Deboraz Barach: Surge: hæc est enim dies, in qua tradidit Dominus Sisaram in manus tuas. En ipse ductor est tuus. Descendit itaq; Barach de monte Thabor, & decem millia pugnatorum cum eo. Perterruitque Dominus Sisaram, & omnes currus eius, vniuersitatemq; multititudinem in ore gladii. Sitara autem fabri, qui recesserat quondam à cæteris Cineis fratribus suis filiis obab cognati Moitis, & retenderat tabernacula vsq; ad vallem Semini iuxta Cedès. Tunc itaq; Iahel clavum & malleum, & clavum per cerebrum Sisaræ usque ad terram desfixit, ita ut erat coopertus & soplitus. Obtulerant vero sponte filii Israel ad periculum animas suas.

*De Manue et uxore eius parentibus
Samsonis ex cap. 13. libri
Iud.*

RVRsum filii Israel fecerunt malum in conspectu Domini: qui tradidit eos in manus Philistinorum 40. annis. Erat autem quidam vir de Sara & de stirpe Dan nomine Manue habens uxorem sterilem: cui apparuit angelus Domini

hini & dixit ad eam. Sterilis, es & absque liberis,
sed & concipies & paries filium. Cae ergo, ne
bibas vinum ac ciceram, nec immundum quic-
quam comedas, quia concipies & paries filium, cu-
ius non tanget caput nouacula. Erit enim Nazar
œus Dei ab infantia sua, & ex matris vtero & ipse
incipiet liberare Israel de manu Philitinorum.
Quæ cum venisset ad maritum suum, dixit ei: vir
venit ad me habens vultum angelicum terribilis
nimis. Quem cum interrogasset, quis esset, & vn-
de venisset, & quo nomine vocaretur, noluit mihi
dicere, sed hoc respondit. Ecce concipies & paries
filium, caue ne vinum bibas & ciceram, & ne ali-
quo vescaris immundo. Erit enim puer Nazareus
Dei ab infantia sua, & ex vtero matris, vsque ad
diem mortis suæ. Oravit itaq; Manue Dominum
& ait: Obscro Domine, vt vir Dei, quem misisti,
veniat iterum, & doceat nos, quid debeamus face-
re de puer, qui nasciturus est? Exaudiuitq; Domi-
nus deprecantem Manue: & apparuit rursus ange-
lus Domini sedenti vxori eius in agro. Manue autem
maritus eius nō erat cum ea. Quæ cum vidisset an-
gelum, festinavit, & cucurrit ad virum suum nun-
cianquitq; dicens ei: Ecce apparuit mihi vir, quem
ante videram. Qui surrexit & secutus est vxorem
suam: veniensq; ad virum dixit ei. Tu es qui locu-
tes es mulieri: & ille respondit, ego sum. Cui Ma-
nue, quando inquit, sermo tuus fuerit expletus,
quid vis, vt faciat puer, aut à quo se obseruare de-
bebit? dixitque Angelus Domini ad Manue: ab
omnib. quæ locutus sum vxori tuę abstineat se: &

quicquid ex vinea nascitur, non comedat: vinum
& ciceram non bibat: nullo vescatur immunda
quod ei præcepi impleat, & custodiat. Dixit itaque
Manue ad Angelum Domini. Obsecro te, ut ac-
quiescas precibus meis, & faciamus tibi hædum
de capris. Cui respondit Angelus Domini. Si me
cogis non comedam panes tuos: Si autem vis ho-
locaustum facere, offer illud Domino. Et nescie-
bat Manue, quod Angelus Domini esset: dixit
ad eum: quod est tibi nomen, ut si sermo tuus fuc-
rit expletus, honoremus te. Cui ille respondit: cur
quæris nomen meum, quod est mirabile? Tulit i-
taque Manue Hædum de capris, & libamenta, &
posuit supra petram ofierens Domino, qui facit
mirabilia. Ipse autem & vxor eius intuebantur.
Cumque ascenderet flamma altaris in cælum, an-
gelus Domini pariter in flamma ascendit. Quod
cū vidisset Manue & vxor eius, proni ceciderunt
in terram, & ultra eis non apparuit Angelus Do-
mini. Statimque intellexit Manue angelum Do-
mini esse, & dixit ad vxorem suam. Morte morie-
mur, quia vidimus Dominum. Cui respondit mu-
lier. Si Dominus nos vellet occidere de manibus
nostris holocaustum, & libamenta non suscepis-
set, nec ostendisset nobis hæc omnia, neq; ea que-
sunt ventura, dixisset. Peperit itaque filium & vo-
cauit numen eius Samson. Creuit itaque puer, &
benedixit ei Dominus: cœpitque spiritus Domini
cum eo esse in castris Dann inter Sarra &
Estahol.

D

De coniugio Helcanæ & Annæ, & Samuele filio ex Libro 1.

Reg.

Fuit vir unus de Ramatha Sophin de monte *Cap. 1.*
Ephraim, & nomen eius Helchan. Et ascen-
debat vir ille de ciuitate sua statutis diebus, vt
adoraret, & sacrificaret Domino Exercitum in
Silo. Erant autem ibi duo filii Heli sacerdotes
Domini Ofni & Phinees. Porrò Helcana Annæ
vxori sui, quam diligebat, dabat de sacrificio re-
diens partem vnam tristis: illa autem flebat, &
non capiebat cibum eo quod propter sterilitatem
exprobaretur. Dixit ergo ei vir suus. Anna cur
fles & quare non comedis, & quamobrem affli-
gitur cor tuum? Nunquid non ego melior tibi
sum, quam decem filii? Surrexit autem Anna,
postquam comedebat, & biberat in Silo. Et He-
li sacerdote sedente super sellam ante pestes Do-
mus Domini, cum esset Anna amare animo, ora-
uit ad dominum flens largiter & votum voulit di-
cens. Domine exercitum si respiciens videris af-
flictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, *Pretor*
& ob-
nec oblitus ancillæ tuæ, dederisq; seruæ tuæ sexum *latto.*
virilem, dabo eum Domino omnibus diebus vi-
tae eius, & nouacula non ascendet super caput eius.
Porrò Anna loquebatur in corde suo: tantumq;
labia eius mouebantur. & vox penitus non audie-
batur. Aestimabat ergo eam Heli temulentam,
dixitque ei: Usquequo ebria eris? Digere paulis-
sper

sper vinum, quo mades. Respondens Anna, ne
quia quam inquit, Domine mi. Nam mulier infe-
lix nimis ego sum: vinumque & omne, quod ine-
briare potest, non bibi: sed effudi animam meam
in conspectu Domini. Ne reputes Ancillam tuam,
quasi vnam de filiabus Belial, quia ex multitudine
doloris & mæroris mei locuta sum usque in pre-
sens. Tunc Heli ait ei: Vade in pace, & Deus Israel
det tibi petitionem tuam, quā rogasti eum. Atilla
dixit: utinam inueniat ancilla tua gratiam in ocul-
lis tuis. Et abiit mulier in viam suam & comedid:
vultusq; illius non sunt amplius in diuersa mutati.
Et surrexerunt mane & adorauerunt coram Do-
mino: reuerisque sunt in domum suam Ramata.
Peperit itaq; Anna filium, & vocauit eum Samuel,
eo quod postulasset eum à Domino. Cum autem
puer ablatatus adhuc esset infantulus: immola-
uerunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli: & ait
Anna: obsecro mi Domine, vivit anima tua, ego
sum illa mulier, quæ steti coram te hic orans do-
minus pro puero isto. Oraui & dedit mihi Do-
minus petitionem meam, quam postulauit eum.
Idcirco & ego commodaui cum Domino cunctis
diebus, quibus fuerit accommodatus Domino.
Puer enim Samuel ministrabat ante faciem Do-
mini accinctus Ephod linteo: proficiebat, atque
crecebatur, & placebat tam Deo, quem hominibus
& ait Dominus ad Samuel: ecce ego faciam verbū
Domini in Israel, quod quicunq; audierit, tinnie-
bit ambæ aures eius. In die illa suscitabo aduersum
Heli omnia, quæ locutus sum super domum eius.

Inci-

Cap. 2.**Pueri
indo-
les.**

Incipiam & complebo. Prædixi enim ei, quod iudicaturus essem domum eius in æternum eò quod nouerat indigne agere filios suos, & non corripuerit eos. Idcirco iurauit domui Heli, quod non expietur iniqüitas domus eius victimis & munerib. viisque in æternum. Et cognouit vniuersus Israel à Dan usq; Bersabee, quod fidelis Samuel Propheta esset Domini Postquam arca Domini capta, cælus Cap. 3.
Israel, & filii Heli Ophni & Phinees, ait Samuel ad vniuersam domum Israel dicens: Si toto corde vestro reuertimini ad Dominum, auferete Deos alienos de medio vestri Baalim & Astartot: & præparate corda vestra Domino, & seruire illi soli, & eruet vos de manib. philistiim. Abstulerunt ergo filii Is- Cap. 4.
rael Baalim & Astartot, & seruierunt Domino soli. Respi-
Factaq; est manus Domini super Philistæos cunctis
diebus Samuelis, & redit & sunt vrbes, quas rul-
erunt philistiim ab Israele, ab Accaron usq; Get &
terminos suos. Liberavitq; Israel de manu philisti-
norū: eratq; pax inter Israel & Amorrhæum: iudi-
cabit quoq; Samuel Israel cunctis dieb. virtutis &
ibat per singulos annos circumiens Bethes, & Gal. Obitio
gala, & Matphat, & iudicabat Israele in supradictis Samue-
locis: reuertebaturq; in Ramata: ibi enim erat do- lis ad
mus eius, & ibi iudicabat Israele: & edificauit etiā iudicis
ibi altare Domino. Factū est autem cū sénisset Sa- loca.
muel: posuit filios suos iudices in Israel Iohanan & Cap. 8.
Abiam iudices in Bersabee. Et nō ambulauerūt filii Dege-
illi in viis eius, sed declinauerūt post avaritiam: neres
aceperuntq; munera & peruerterunt iudicium filii.
Cumq; petiissent filii Israel regē per seniores inui-
to Domino, & reclamare & prædicere grauamina:

Samuele, datus est eis Saul: & ait Samuel ad populum. Conuersatus coram vobis ab adolescentia mea vsque in hanc diem, ecce præsto sum. Loquimini de me coram Domino, & coram Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim, aut asinū: si quenquam calumniatus sum, si oppresi aliquē, si de manu cuiusquam munus accepi: & contemna illud hodie, restituamq; vobis. Et dixerunt: non calumniatus es nos, neque oppresisti, neque tulisti de manu alicuius quicquam. Mortuus est autem Samuell, & congregatus est vniuersus Israël, & planxerint cum nimis, & sepelierunt eum in domo sua in Ramata.

Cap. 25.

De Vidua Sareptana ex lib. 3. Reg.

Cap. 17.

Factus est sermo Domini ad Heliam Thesbitem dicens. Surge & vade ad Sareptam Sidoniorum, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduæ, vt pascat te. Surrexit & abiit in Sareptam. Cumque venisset ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna, & vocauit eam, dixitque ei: da mihi paululum aquæ in vase, vt bibam. Cumque illa pergeret, vt adferret, clamauit post tergum eius dicens: affer & mihi obsecro buccellam panis in manu tua. Quæ respondit: viduit Dominus Deus tuus, quia ron habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria, & paululum olei in Lechyto: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi & filio meo,

meo, vt comedamus & moriamur. Ad quam Heliæ ait, noli timere, sed vade & fac, sicut dixisti. Veruntamen mihi primum fac de ipsa farinula subcinericum panem paruum, & affer ad me: tibi autem & filio tuo facies postea Hæc autem dicit Dominus Deus Israel. Hydriæ farinæ non deficiet, nec lechytus olei minuetur usque in diem, in qua dominus datus est pluviā super faciem terræ. Quæ abiit, & fecit iuxta verbum Heliæ. Et cœmedit ipse, & illa, & domus eius: & ex illa die Hydria farinæ non defecit, nec lechytus olei est immunitus iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Heliæ. Paulò post ægrotantem filium & morti proximum orato Domino expandens se & mensus super eum tribus vicibus mortuum resuscitauit.

*De duabus Matronis ab Heliseo Prophetata remuneratis ex lib. 4.**Reg. c. 4.*

MVLIER quædam de vxoribus Prophetarum clamabat ad Helisæum dicens: seruus tuus vir meus mortuus est: & tu nosti, quia seruus tuus fuit timens Deum: & ecce creditor venit, ut tollat duos filios meos ad seruendum ibi. Cui dicit Heliseus, quid vis, ut faciam tibi? dic mihi: quid habes in domo tua? At illa respondit: non habeo ancillam tua quicquam in domo mea, nisi parum olei, quo vngar. Cui ait: vade, pete mutuò ab omnibus vicinis tuis vas a vacua non pauca, & in-

Y S

grado-

gredere, & claude ostium tuum, cum intrinsecus
fueris tu & filii tui, & mitte inde in omnia val-
hæc, & cū plena fuerint tolles. Iuit itaq; mulier, &
clausit ostium super se, & super filios suos. Illi of-
ferebant vasa, & illa infundebat: cumq; plena ful-
lent vasa dixit ad filium suum: affer mihi adhuc
vas: & ille respondit, non habeo. Stetitq; oleum
Venit autem illa, & indicauit homini Dei. Et ille,
vade, inquit, vende oleum, & redde creditori tuo:
tu autem & filii tui viuite de reliquo. Factum est
autem quadam die: & transiibat Heliæus per Su-
nam ciuitatem. Erat autem ibi mulier magna
quæ tenuit eum, ut comederet panem, cumq; fre-
quenter inde transiret, diuertebat ad eum, ut co-
mederet panem. Quæ dixit ad virum: animadver-
to, quod vir Dei sanctus est, qui transit per nos fre-
quenter: faciamus ei cænaculum paruum, & po-
namus in eo lectulum, & mensam, & sellam, &
candelabrum, ut cum venerit ad nos, maneat ibi.
Dum accessisset, per seruum locutus est ei: ecce
sedulè in omnibus ministrasti nobis, quid vis, ut
faciam tibi? Nunquid habes negotium, & visit
loquar regi, siue principi malitia? quæ respondit
in medio ciuitatis ego habito: & dixit ei:
in tempore isto eadem hora, si vita comes fuerit,
habebis in utero filium, quo facto, & puer egre-
so ad messores & mortuo, & nunciato
hoc ei, rediit, & refusci-
tauit.

* * *

D'

De Patriarchæ Iob statu coniugii, innocentia perpetua vitæ, moderatione in dinitiis, patientia & silentio in paupertate, & ulceribus, perseverantie, & commendatione à Deo accepta selecta & descripta narratio ex ipsis libro.

Caput I.

VIR erat in terra Hus nomine Iob: & erat vir ille simplex ac rectus ac timens Deum, & recedens à malo. Natiq[ue] sunt ei 7. filii & 3. filiae, & fuit possessio eius 7. millia ouium & 3000. camelorum, quingenta quoque iuga boum, & quingentæ asinæ, ac familia multa nimis. Eratque vir ille magnus inter omnes orientales. Et ibant filii eius, & faciebant coniuia per domos unusquisque in die suo: & mittentes vocabant tres sorores suas, ut comederent & liberent cum eis. Cumque in orbem transiissent dies coniuii, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos: consurgensque diluculo offerebat holocausta per singulos, dicebat enim: Quotidiane forte peccauerint filii mei, & benedixerint Deo in cordibus suis. Sic faciebat Iob cunctis diebus. Quadam autem die cum venissent filii Dei, ut asistenter coram Domino, affuit inter eos etiam satan. Cui dicit Dominus: vnde venis? Qui respondens ait: circui terram & perambulaui eam.

Institutio
Opes
Iob.

Coniuium
filium eu-
m.

Quoti-
diana

filiorum

curia

matru-
tina

Di-

Dixitq; Dominus ad eum : nunquid considerasti seruum meum Job , quod non sit ei similis in terra, homo simplex ac rectus ac timens Deum & recedens à malo ? Cui respondens Satan ait : nunquid frustrà Job timet Deum ? Nonne tu vallasti eum ac domum eius , vniuersamque substantiam eius per circuitum ? Operibus manuum eius benedixisti , & possessio eius crevit in terra. Sed extēde paululum manum tuam , & tange cuncta , quæ possidet , nisi in faciem benedixerit ibi . Dixitque Dominus ad Satan : ecce vniuersa , quæ habet in manu tua sunt , tantummodo serua animam eius . Postea tempore coniugii filiorum ab hostibus abacta pecora , cæsi præter duos ferui oves combustæ , filii & filiæ à corruente domo oppresi coniuanres . Tunc surrexit Job & scidit vestimenta sua , & tonso capite corruens in terram adoravit , & dixit : nudus egressus sum de utero matris meæ , & nudus reuertar illuc : dominus dedit , dominus abstulit , sicut Domino placuit , ita factum est : sit nomen Dominum benedictum .

Fx. c. 2. Cum frustrà modo dicto tentata Iobi patientia , & innocentia , permittente Deo percussus est à *Affli-* *etio Job.* Satana vlcere pessimo à planta pedis usque ad verticem capitis : qui testa saniem radebat sedens in sterquilino . Dixit autem illi vxor sua . Adhuc permanes in simplicitate tua ? benedic Deo & more . *Patien-* Qui ait ad illum : quasi una de stultis mulieribus *tia non locuta es :* si bona suscepimus de manu domini , *ram vi mala quare non sustineamus ? In omnibus his non* *qua de-* *xeritate exercita .* peccata

Tenta-
zio.

Finis
coniui-
miorum.

1. Af-
fliclio
Job.

Fx. c. 2.

Affli-

etio Job.

Patien-

tia non

locuta es :

ram vi

mala

quare

non

sustineamus ?

In omnibus

his non

pecca-

peccauit Iob labii suis. Exinde tres amici conuer-
nerunt ad eum consolationis gratia, & plangentibus
filentesq; vsque ad septimum diem intuiti eius
dolorem vehementem manserunt.

Post hæc aperuit Iob os suum, & maledixit di- *Ex c. 3.*
ei suo. Antequam comedebat, suspirabat, & quasi
inundantes aquæ, sic rugitus eius, quia timor,
quem timebat, evenit ei, & quod verebatur,
accidit: & tamen dissimulavit, siluit, & quies-
uit.

Respondens Eliphaz Temanites dixit: Igno- *Ex c. 4.*
rantes docuisti, lassos refocillasti, dubitantibus re-
cte consuluisti, vacillantes sermone, pusillanimis
exemplo erexisti. Nunc autem venit super te pla- *Expro-
ga, & defecisti, tetigit te & conturbatus es. Vbi ti- batio a-
mor tuus forrtitudo tua, & patientia tua, & per- mico-
fæctio viarum tuarum?* *rum.*

Vtinam appenderentur peccata mea quibus i- *Ex c. 6.*
ram merui, & calamitas, quam patior, in statera,
quasi arena mares hæc grauior appetet.

Nunquid rugier'onager, cum habucri herbam? *Respo-*
Aut poterit comedi insulsum, quod non est sale *sio.*
conditum? aut potest aliquis gustare, quod gu-
statum adfert mortem? animæ euim esurienti et-
iam amara ducia esse videntur. Quæ prius nole-
bat tangere anima mea, nunc præangustia cibi
mei sunt. Hæc sit consolatio mihi, vt affligens me
Deus dolore non parcat, nec contradicam sermo-
nibus sancti. Quæ est enim fortitudo mea, vt fu-
stineam, aut quis finis meus, vt patienter agam?
Nec fortitudo lapidum mea est, nec caro mea æ-

nea

nea est. Ecce non est auxilium mihi in me, & necel-
farii quoq; mei recesserunt à me. Qui tollit ab ami-
to suo misericordiam timorem Domini derelin-
quit. Qui timent pruinam, irruet super eos nix.
Quare detraxisti sermonibus veritatis, cù è vobis
nu' los sit, qui possit me arguere? Ad increpandua-
tum eloquia concinnatis, & in ventum profer-
tis verba: Super pupillum irruitis, & subuertere ni-
timin amicum vestrum.

*Pinis
expro-
bran-
tium.*

Ex c. 7. Militia est vita hominis super terram: & sicut
dies mercenarii dies eius. Sicut cervus desiderat
umbram, & sicut mercenarius præstolatur finem
operis sui, sic & ego habui menses vacuo, & noctes
laboriosas enumeraui mihi.

Ex c. 8. Respondes autem Baldat suites dixit: vsque quo
loqueris talia, & spiritus multiplex sermonis oris
tui? Nunquid Deus supplantat iudicium, auto
mnipotens subuertit, quod iustum est?

Ex ca. Verè scio, quòd ità sit, & quod non iustificatur
9. homo compositus Deo. Si voluerit contendere cù
eo, non poterit ei respondere unum pro mille. Sa-
piens corde est, & fortis robore: quis restitit ei, &
pacem habuit? Quis potest dicere, cur ità facis?
Deus, cuius iræ nemo potest resistere, & sub quo
curuantur, qui portant orbem. Quantus ergo sum
ego, ut respondeam ei, & loquar verbis meis cum

Timor eo? Qui etiam si habucro quippiam iustum, nō re-
Dei in spondebo, sed meum iudicem deprecabor: & cum
dob. inuocantē me exaudiērit, non credo, quod audie-
tri vocē meam. In turbine enim conteret, & multi-
plicabit vulnera mea etiam sine causa: Non conce-
dit

dit requiescere spiritum meum, & implet me amaritudinibus. Si fortitudo quæritur, robustissimus est, si æquitas iudicij, nemo audet pro me testimoniū dicere. Si iustificare me voluero, os meum cōdemnabit me: Si innocentē ostendero, prauum me comprobabit. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tādebit me vita mea. Vnum est quod locutus, & innocentē & impunium ipse consumit. Auferat à me virgam suam & tuor bo-
Punis-
pauor eius non me terreat. Loquar ei & nō timebo ni
eum: neque enim possum metuens respondere. *mali.*
Si impius fuero, vñ mihi est, & si iustus, non leuabo. *Ex eis.*
caput saturatus afflictione & miseria: & propter 10.
superbiam, quasi lexnam capies: reuerlusque mi-
rabiliter crucias.

Respondens autem Sophar Naamites dixit nū. *Ex eis.*
quid, qui multa loquetur, audiēt, aut vir verbosus
iustificabitur? tibi soli facebūt homines, & cū cæte-
ros irriseris à nullo cōfutaberis? dixisti, enim: purus
est sermo meus, & mundus sum in conspectus tuo.

Respondens autem Iob dixit: ergo vos estis so-
Ex eis.
li homines, & vobis cum morietur sapientia: & mi-
hi est cor, sicut & vobis, nec inferior vestri sum.
Quis enim hæc, quæ nostis, ignorat? Qui deridetur *Irrisio-*
ab amico, sicut ego, invocabit Deum & exaudiet *nus pa-*
enm: deridetur enim iusti simplicitas: lampas *na.*
contempta apud cogitationes dinitum parata ad
tempus statutum. Abundāt tabernacula prædonū
& audacter prouocant Deum, cum ipse dederit o-
mnia in manus eorum. Nimirū interroga iumenta
& docebunt te, & volatilia cæli & indicabūt tibi.
Loquere terræ & respondebit tibi, & narrabunt
pisces

316 *Exempla de Coniugis.*
pisces maris. Quis ignorat, quod omnia hæc manus domini fecerit? in cuius manu anima omnium viuentis, & spiritus vniuersæ carnis hominis, &c.

Ex ca. Ecce omnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellecti singula. Secundum scientiam vestram & ego noui: nec inferior vestrum. Sed tamen ad omnipotentem loquar & disputare cum Deo cupio prius vos ostendens fabricatores mendacii, & cultores peruersorum dogmatum. Atque utinam taceretis, ut putaremni sapientes.

Ex ca. Mons cadens defluit, & saxum desertur de loco suo. Lapidès excavant aquæ, & alluione pavimus latim terra absumitur, & homines ergo similes vindicemus.

Ex ca. Respondens autem Eliphaz Themanites dixit: Nunquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens, & implebit ardore stomachum suum? Arguis verbis eum, qui non est æqualis tibi, & loqueris, quod tibi non expedit. Quantum in te esse euacuasti timorem: & tulisti peccata coram Deo: docuit enim iniquitas os tuum, & imitaris lingua blasphemantium.

Ex ca. Respondens autem Iob dixit: Audiui freguerat talia. Consolatores onerosi vos estis omnes. Nunquid habebunt finem verba ventosa? An a liquid tibi molestum est, si loquaris? Poteram & ego similia vestri loqui. Atque utinam efficiam anima vestra pro anima mea? Consolarer & ego vos sermonibus, & mouerem caput meum super vos. Roborarem vos ore meo, & mouerem labia mea

*Iobi
prudēs
conso-
latio.*

mea quasi parcens vobis. Sed quid agam? Si locutus fuero, non quiescit dolor meus, & si tacuero non recederet a me. Hostis meus terribilis oculis me intuitus est. Aperuerunt super me ora sua: & exprobantes percusserunt maxillam meam: Satiati sunt pennis meis. Ego ille quondam opulentus repente contritus sum, tenuit cervicem meam: confregit me, & posuit me sibi quasi in signum. Haec passus sum absque iniuritate manus meae, cum haberem mundas ad Dcum preces. Terra ne operias sanguinem meum: neque inueniat in te locum latendi clamor meus. Ecce enim in celo testis meus, & conscius meus in excelsis. Verbo. meus: Atque utinam sic iudicaretur vir cum Deo, si 44. quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo. Ecce enim brevius anni transeunt: & semitam, per quam non reuertor ambulo.

Libera me Domine, & pone me iuxta te, & cuiusvis manus pugnet contra me. Cor eorum longe fecisti a disciplina, propterea non exaltabuntur. Prædam pollicetur sociis, & oculi filiorum eius deficiunt. Posuit me quasi in prouerbium vulgi: & exemplum sum coram eis. Caligavit ad in dignationem oculus meus, & membra mea, quasi ficiuntur in nihilum redacta sunt. Stupebunt iusti super hoc & innocens contra hypocritam suscitabitur: & tenebit iustus viam suam: & mundis manibus addet fortitudinem.

Respondens autem Baldad suites dixit: usque ad quem finem vetba iactabis? Intellige prius, & 18.

318

Exempla de Coniugis.

sic loquamur. Quare reputati sumus, ut iumenta & sorduimus coram te? Quid perdis animam in furore tuo? Nunquid propter te dereliqueretur terra, & transferetur rupes de loco suo? Attenuetur fame robur eius: & deuoret pulchritudinem cutis eius, &c.

Ex ca. Respondens autem Iob dixit: Usquequo fligitis animam meam, & atteritis me seruos? En dectis confunditis me: & non eredatis scitis opprimentes me. Nempe eti ignoraui; me cum erit ignorantia mea. At vos contra me erigetis: & arguitis me opprobriis meis saltem non intelligite, quia Deus non a quo iudicio afflixerat me, & flagellis suis me cinxerit. Ecce clamans vim patiens, & nemo audiet: spoliauit me gloria mea, abstulit coronam de capite meo. Destruxit me vndeque, & pereo, & quasi eunus abbori abstulit spem meam. Inquilini domus ieiunii alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum, stulti quoque despiciens me, & cum ab eis recessissem, detrahebant. Redemptorem meum visurus sum in nouissimo. Deposita est haec spes in sinu meo. Quare ergo nunc dicitis, persequamur eum, & radicem vestram inueniamus contra eum? Fugite ergo a facie gladii, quoniam ultor iniquitatum gladius est. Scitote esse iudicium.

Ex ca. Respondens autem Sophar Naamitites dixit, idcirco cogitationes meæ variae succedunt inibi, & mens in diuersa rapitur. Doctrinam tuam arguis, audiam, & spiritus intelligentiae

Ab amicis deseritur.

20.

me respondebit mihi. Hoc scio à principio,
à quo positus est homo super terram, quod laus
impiorum breuis est, & gaudium hypocritæ ad
instar puncti, &c.

Respondens autem Job dixit: audite quæsto *Ex cap.*
sermones meos, & agite pœnitentiam: Sustinet e *21.*
me, vt & ego loquar: & post mea, si videbi-
tur, verba ridete. Nunquid contra hominem
disputatio mea est, vt meritò non debeam con-
tristari? Attendite me & obstupescite: & super-
ponite digitum ori vestro. Et ego quando re-
cordatus fuero pertimesco, & concutit carnem
meam tremor. Quare ergo impii viuunt, suble-
uati sunt, confortatique diuitiis? Semen eorum *Prospe-*
permanet coram eis: propinquorum turba & ne-
potum in conspectu eorum. *ritas*

Domus eorum securæ sunt & pacatæ: & non *impia-*
est virga Dei supet illos. Bos eorum concepit *rum.*
& non abortiuit: vacca peperit, & non est pri-
uata sætu suo. Egrediuntur quasi greges paruuli
eorum, & infantes eorum exultant lalibus. Te-
nent typanum & citharam, & gaudent ad soni-
tum organi: ducunt in bonis dies suos, & in *Eorum*
puncto ad inferna descendunt. Qui dixerunt *dem co-*
Deo recede à nobis, & scientiam viarum tua fidetia
rum nolumus. Quis est omnipotens ut serua-
mus ei? Et quid nobis prodest, si oraueri-
mus illum? Veruntamen quia non sunt in ma-
nu eorum bona eorum, consilium impiorum
longè sit à me. Quoties lucerna impiorum extin-
getur, & superueniet eis inundatio, & dolores

Exempla de Coniugio

320

Exitius diuidet furoris suis? Erunt sicut paleæ antelopæ
eorum. ciem venti, & sicut turba, quam fauilla dispergit.
Deus servabit filii illius dolorem patris: & cum
crediderit, tunc sciet. Videbunt oculi eius intelli-
fectionem suam, & de furore omnipotentis be-
bet. Quid enim pertinet ad eum de domo sua
post se? Et si numerus mensium eius dimidietur,
nunquid Deum docebit quispiam scientiam, qua-
iudicat excelsos? Dulcis fuit glareis cocytii, &
ante se omnem hominem trahit & post se innune-
rabilis. Quomodo igitur cololamini me frustri?
cum responsio vestra repugnare ostensa sit ve-
ritati?

Ex. cap. Respondens autem Eliphaz Temanites dixit:
22. Nunquid Deo potest comparari homo etiam
perfectæ fuerit scientiæ? Quid prodest Deo,
iustus fueris? Nunquid timens arguet te; & venie-
tecum in iudicium, & non propter malitia-
tuam plurimam? Abstulisti enim pignus fra-
trum tuorum sine causa, & nudos spoliasti velli-
bus: aquam laeso non dedisti, &c.

Ex. ea. Respondens autem Iob dixit: Nunc quoque
23. in amaritudine est sermo meus: & manus plaga-
meæ aggrauata est super gemitum meum. Propo-
nat Deus æquitatem contra me, & perueniet al-

Modus victoriam iudicium meum. Ipse fecit viam meam
quo ex- & probabit me quali aurum, quod per ignem tra-
ercentur in- A mandatis labiorum eius non recepsi, & in ini-
sti ad meo abscondi verba oris eius. Ipse enim solus eli-
profe- nima eius quodcunque voluit hoc fecit. Cum quo-
etum. exp

expleuerit in me voluntatem: & alia similia multa praesto sunt ei. Et idcirco à facie eius turbatus sum: & considerans eum timore solicitor. Deus molliuit cor meum, & omnipotens conturbauit me. Non enim perii propter imminentes tenebras: nec faciem meam operuit caligo.

Ab omnipotente non sunt abscondita tempora: qui autem nouerunt eum, ignorant dies eius. 23. Alii terminos transtulerunt, diruperunt greges & Inclipeos: pauerunt eos: asinum pupillorum abegerunt, & mentes abstulerunt pro pignore bouem viduæ, subuerte-^{atios} mansuetos terræ. Alii quasi onagri in deserto e-^{piorū} grediuntur ad opus suum: vigilantesq; ad prædam præparant panem liberis. Agrum non suum demetunt: & vineam eius, quem vi oppresserunt, vindemiant. Nudos dimittunt homines indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore, quos imbres montium rigant, & non habentes velamen amplexantur lapides. Vim fecerunt depre-
cantes pupillos, & vulgum pauperem spoliauerunt. Nudis & incedentibus absque vestitu, & exsurgentibus tulerunt spicas. Inter aceruos eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt. De ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit, & Deus innultum abire non patitur.

Ipsi fuerunt rebelles lumini. Nescierunt vias ei-^{Impæ-} ius, nec reuersti sunt per semitas illius. Dedit ei nitem. Deus locum penitentiæ, & ipse abutitur eo in su-^{ris} peribiam. Oculi autem eius sunt in viis illius. Ele-

uati sunt ad modicum & non subsistunt, & humiliabuntur, sicut omnia, & auferentur, & sic summitates spicarum conterentur. Quod si non est ita, quis me potest arguere me esse mentitum & ponere ante Deum verba mea?

Ex ea. Respondens autem Baldat Suites dixit: Potestas & terror apud eum est, qui facit concordiam in sublimibus suis, &c.

Ex cap. Respondens autem Iob dixit: Cuius adiutores, nunquid imbecillis? Et sustentas brachium eius, qui non est fortis? Cui dedisti consilium? Forsitan illi, qui non haber sapientiam, & prudenter tuam ostendisti plurimam. Quem doceret voluisti? Nonne eum, qui fecit spiramentum? Ecce gigantes gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis. Nudus est infernus coram illo: & nullum operimentum est perditioni, &c. Ecce haec ex parte diaboli sunt viarum eius. Et cum vix parvum filium audierimus sermonis eius, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?

Ex ea. Absit à me, ut iustos vos esse iudicem. Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. Iustificationem meam, quam cepi tenere, non deferam neque enim reprehendit me cor meum in omnivita mea. Sicut impius inimicus meus, & aduersarius meus quasi iniquus. Hæc est pars hominis impiorum apud Deum, & hereditas violentorum, quam ab omnipotente suscipiunt. Si multiplicati fuerint, filii eius, in gladio erunt, & nepotes eius non saturabuntur pane. Qui reliqui fuerint ex eis, sepelendicinatur in interitu, & viduæ illius non plorabuntur. Si

Filiis ob patres puerorum innumeris. filii eius, in gladio erunt, & nepotes eius non saturabuntur pane. Qui reliqui fuerint ex eis, sepelendicinatur in interitu, & viduæ illius non plorabuntur. Si

comportauerit quass terra argentum, & sicut lutū
præparauerit vestimenta, præparabit quidem, sed
iustus vestierur eis, & argentum innocens diuidet.
Aedificauit sicut tinea domum suam, & sicut cu-
stos fecit vmbraclum.

Sapientia vbi inuenitur, & vbi est locus intelli- *Ex ca-*
gentiae? Nescit homo pretium eius, nec inuenitur *28.*
in terra suauiter viuentium. Omnia pretiosa non
commemorabantur in comparatione eius. Tra-
hitur autem sapientia de occultis. Vnde ergo sa-
pientia venit, & quis est locus intelligentiae? Deus
præparauit & inuestigauit & dixit homini: Ecce
timor Domini ipsa est sapientia, & recedere à ma-
lo intelligentia.

*De statu prosperitatis coniugii Iobi &
similium piorum*

Cap. 29.

Addidit quoque Iob assumens parabolam
suam, & dixit. Quis mihi tribuar, ut sim iu-
xta menses pristinos, secundum dies, quibus Deus
eustodiebat me? Quando splendebat lucerna e-
ius super caput meum, & ad lumen eius ambula-
bam in tenebris. Sicut fui in diebus adolescen-
tiae meae, quando secretò erat Deus in tabernacu-
lo meo: quando erat omnipotens mecum, &
in circuitu meo pueri mei. Quando lauabam
pedes meos butyro, & petra fundebat mihi ri-
uos olei: quando procedebam ad portam ciuita-
tis & in platea parabant cathedralm mihi. Vide-
bant me iuvenes, & abscondebantur, & senes *Exer-*
citia assur- insti.

assurgentes stabant. Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo. Vocem suam cohiebant duces : & lingua eorum gutturi suo adhærebat. Auris audiens beatificabat me & oculus videns testimonium perhibebat mihi, & o quod liberasse pauperem vociferantem, & pūillum, cui non erat adiutor. Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum. Iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimento, & diademate iudicio meo. Oculus fui cæco & pes claudio. Pater eram pauperum, & cauſam, quam nesciebam diligentissimè inuestigabam. Conterebam malas iniqui, & de dentibus illius aufererebam prædam ; dicebantque In nidulo meo moriar : & sicut palinam multiplicabo dies. Radix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in messione mea. Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur. Qui me audiebant expectabant fententiam, & intenti tacebant ad consilium meum. Verbis meis addere nihil audebant, & super illos stillabat eloquium meum. Expectabant me, sicut pluuiam, & os meum aperiebam, quasi ad imbre serotinum. Si quando respondebam ad eos non credebant, & lux vultus mei non cadebat in terram. Si voluſem ire ad eos, sedebam primus : Cumque sedem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen mærentium consolator.

**

De

*De statu calamitatis Iobi & similium
piorum cap. 33.*

Nunc autem derident me iuniores tempore,
quorum non dignabar patres ponere cum
canibus gregis mei Quorum virtus manuum mi-
hi erat pro nihilo, & vita ipsa putabantur indigni.
Egestate & fame steriles, qui rodebant in soli-
tudine squalentes calamitate & miseria: & man-
debat herbas, & arborum cortices: & radix iu-
niperorum erat cibus eorum. Qui de conualibus
ista rapientes, cum singula reperissent, ad ea cum
clamore currebant. In desertis habitabant tor-
rentium, & iuauernis terræ, vel super glaream.
Qui inter huiusmodi lætabantur, & esse sub senti-
bus delicias computabant filii stultorum & igno-
bilium, & in terra penitus non parentes. Nunc au-
tem in eorum canticum versus sum, & factus sum
eis in prouerbium. Abominantur me, & longè
fugiunt à me, & faciem meam conspuere non ve-
rentur. Phatetram enim suam aperuit, & affixit
me, & frænum posuit in os meum. Ad dexteram
orientis calamitatis meæ illico surrexerunt: pedes
meos subuerterunt, oppresserunt quasi fluctibus
semitis suis. Dissipauerunt itinera mea, insidiati
sunt mihi & præualuerunt: & non fuit, qui ferret
auxilium. Quasi rupto muro, & aperta ianua ir-
ruperunt super me, & ad meas misérias deuoluti
sunt. Redactus sum in nihilum. Abstulit quasi
ventus desiderium meum: & veluti nubes per-
transiit salus mea. Nunc autem in memetipso mar-
Actio-
nes vul-
gi pass-
deris.
Eorum
insul-
tatio,
& fræ-
nos.

cescit anima mea: & possident me dies afflictionis.
Nocte os meum perforatur doloribus: & qui
me comedunt, non dormiunt. In multitudine co-
rum consumitur vestimentum meum, & quasi
capitio tunicæ succinxerunt me. Comparatus sum
luto & assimilatus sum fauillæ & cineri. Clamo
ad te, & non exaudis me: slo & non respicis me.
Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia ma-
nus tuæ aduersaris mihi. Eleuasti me, & quasi su-
per ventum ponens elisisti me validè: scio, quia
morti trades me, vbi constituta est domus omni-
viventi. Veruntamen non ad consumptionem
eorum emittis manum tuam, & si corrucrint, ipse
saluabis. Flebam quondam super eo, qui afflu-
etus erat, & compatiebatur anima mea pau-
peri. Expectabam bona, & venerunt mihi ma-
la: præstolabat lucem, & eruperunt tenebre.
Interiora mea effebuerunt absque illa requie,
præuenierunt me dies afflictionis. Mærens ince-
debam, sine furore consurgens, in turba cla-
mabam. Frater sui Draconum & socius stru-
thionum. Cutis mea denigrata est super me, &
essa mea aruerunt præ caumate. Versa est in lu-
ctum cithara mea, & organum meum in
vocem flentium.

**

D

**De reliqua plenitudine operum pio-
rum Iobi.**

Caput XXXI.

¶ Epigi fædus cum oculis meis, ut non cogita-
rem quidem de virgine. Quam enim partem
haberet in me Deus desuper, & hereditatem o-
mnipotens de excelsum? Nunquid non perditio
est iniquo, & alienatio operantibus iustitiam?
Nonne ipse considerat vias meas, & cunctos
gressus meos dinumerat? Si ambulauit in vani-
tate & festinavit in dolo pes meus, appendat me *Conti-*
in statera iusta: & sciat Deus simplicitatem meam. *nentia*
Si declinavit gressus meus de via, & si fecutus est *Iobi,*
oculus meus cor meum, & si in manibus meis ad-
hæsit macula, feram & alius comedat, & proge-
nies mea eradicetur. Si deceptum est cor meum
super muliere: & si ad ostium amici mei insidia-
tus sum, scortum alterius sit vxor mea, & super il-
lam incuruentur alii. Hoc enim nefas est & ini-
quitas maxima ignis usque ad perditionem de-
vorans, & omnia eradicans genimina. Si contem-
si subire iudicium cum seruo meo, & ancilla mea,
cum disceptarent aduersum me. Quid enim fa-
ciam cum surrexerit ad iudicandum Deus, & cum
quaesierit, quid respondebo illi? Nunquid in vte-
ro fecit me, qui & illum operatus est? Si negauit *Justitia*
quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expe-*Iac. in*
dome-
stare feci: Si comedì buccellam meam solus, & nō sticos.
comedit pupillus ex ea. Quia ab infâlia mea creuit *dome-*
¶ A-
mecum *Ios.*

mecum uiiseratio, & de vteto matris meæ egressa
est mecum. Si despexi præteuntem cò quòd non
habuerit vestimentum, & absque operimento
pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius,
& velleribus ouium mearum calefactus est. Si le-
uaui super pupillum manum meam etiam cum
viderem me in porta superiore, humerus meus
diuncturis suis cadat, & brachium meum cum suis
ossibus confringatur. Semper enim quasi rumen-
tes super me fluctus timui Dominum, & pondus
eius ferre non potui. Si putaui aurum robur
meum, & obrizo dixi fiducia mea. Si vidi solem
cum fulgeret, & lunam incidentem clarè, & lata-
tum est in abscondito cor meum, & osculatus
sum manum meam ore meo, quæ est iniqüitas
maxima, & negatio contra Dèum altissimum.
Si gauifus sum ad ruinam eius, qui me oderat, &
exultaui, quod inuenisset eum malum. Non enim
dedi ad peccandum guttur meum, vt expererem
maledicens animam eius. Si non dixerunt viri ta-
bernaculi mei, quis det de carnibus eius, vt fature-
mur. Foris non mansit peregrinus : ostium meum
viatori patuit. Si abscondi quasi homo peccatum
meum, & celaui in sinu meo iniqüitatem mean.
Si expaui ad multitudinem nimiam, & despectio
propinquorum terruit me, & non magis tacui, &
egressus sum ostium. Quis mihi tribuat auditio-
rem, vt desiderium meum audiat omnipotens, &
librum scribat ipse, qui iudicat, vt in humero meo
portem illum, & circumdem illum, quasi coro-
nam mihi? per singulos gradus meos pronuncia-
bo il-

bo illum, & quasi principi offeram eum. Si aduersum me terra mea clamat, & cum ipsa fulci eius deflent. Si fructus eius comedи absque pecunia, & animam agricolarum eius affixi, pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina.

Cum omitterent tres viri disceptare cum Iobo innocentiam suam protestante, indignatus est contra eos Heliu filius Barachel Husites, quod sola condemnatione contenti nulla probatione processissent, tentauit id ipse, & petiit audiri à Iobo.

Ecce & me, ait ad Iobum Heliu, sicut & te fecit Deus, & de eodem luto ego quoque formatus sum. Dixisti ergo: mundus sum ego, & absque delicto immaculatus: quia querelas in me reperit, idèo arbitratus est me inimicum sibi. Posuit in neruo pedes meos, & custodiuimus omnes semitas meas. Hoc est ergo, in quo non es iustificatus. Respondebo tibi, quia maior sit Deus homine. Aduersus eum contendi, quia non ad omnia verba responderit tibi. Semel locutus est Deus, & id ipsum non repetit.

Addit Heliu: quia dixit Iob, iustus sum & Deus subuertit iudicium meum: quis est vir, vt est Iob, qui biberit subsannationem quasi aquam, & ambulat cum impiis? dixit enim, non placebit vir Deo, etiamsi cucurrerit cum eo. At absit, vt tribuamus Deo iniquitatem: iuxta enim vias singulorum restituet eis: verè enim Deus non damna frustra, nec omnipotens subuertit iudicium. Quem constituit alium super terram? Ipso conceidente pacem, quis est qui condemnet?

Ad.

Ex ea.

35.

Adiungit Heliu: nunquid aqua videtur tibi tua cogitatio, ut dices, iustior Deo sum: dixisti enim non tibi placet, quod rectum est: vel quid tibi proderit, si ego peccauer? Atqui, inquam ego, si peccaueris, quid ei nocebis? At expecta: nunc enim non infett furorem suum nec scelus valde.

Deniq; reciprocans Heliu adiungit. Deus potentes non abiicit, cum & ipse sit potens, sed non saluat impios & iudicium pauperibus tribuit. Non auferat a iusto oculos suos, & reges collocat in solio suo in perpetuum, & illuc eriguntur. Causa declines ad iniquitatem, hoc enim capisti, sed post miseriam.

Ex ea.

27.

Deus in manu omnium hominum signat, vt norint singuli opera sua. Nos inuolumur tenebris: quis narrabit ei, quae loquitur? Etiam si locutus fuerit homo, deuorabitur: nunc non videremus lucem. Digne eum inuenire non possumus: magnus fortitudine, & iudicio, & iustitia; & enarrari non potest. Ideo tenebunt eum viri: & non audebunt contemplari omnes, qui sibi sapientes videntur.

Respondens autem Dominus Iob de turbine dixit: Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis? Accinge sicut vir lumbos tuos: interrogabo te, & responde mihi. Vbi etas quando ponebam fundamenta terræ Indica mihi, si habes, intelligentiam? Quis posuit mensuras eius, si nosti, vel quis retendit super eam lineam? Super quo bases illius fundatae sunt? Aut quis dimisit lapidem angularem eius cum me laudarent simul?

Exempla de Coniugiis.

337

¶mul astra matutina , & iubilarent omnes filii
Dei?

Ex cap.

Et adiecit Dominus , & locutus est ad Iob. 39.
Nunquid qui contendit cum Deo tam facile con-
quiescir ? Vtique, qui arguit Deum , debet & re-
spondere ei . Respondens autem Job Domino di-
xit: qui leuiter locutus sum, respondere quid pos-
sum ? Manum meam ponam super os meum . V-
num locutus sum : quod vtrinam non dixisse, &
alterum, quibus vltrà non addam.

Respondens autem Dominus Job de turbine *Ex cap.*
dixit: accinge sicut vir lumbos tuos , interrogabo 40.
te, & responde mihi . Nunquid irritum facies iu-
dicium meum , & condemnabis me, vt iustificeris ?
Et si habes brachium sicut Deus , & voce simili to-
nas, circumda tibi decorem , & in sublime erigere:
& esto gloriosus , & speciosus induere vestimentis:
disperge superbos in furore tuo , & confundere eos:
& respiciens omnem arrogantem humilia . Ecce
Behemoth, quem feci tecum, senum quasi bos co-
medet : fortitudo eius in lumbis , & virtus eius in
umbilico ventris eitis .

Non quasi crudelis suscitabo eum . Quis enim *Ex cap.*
resistere potest vultui meo , & quis ante dedit mi- 41.
hi , & reddam ei ? Omnia, quæ sub cælo sunt, ma-
sunt. Non parcam ei verbis potentibus & ad de-
precandum compositis . Quis reuelabit sa-
cram, & in medium oris eius quis
intrabit ?

* *

Capus

*Caput XLII. de consummatione pri
ſperitatis Iobi, & familie
eius.*

R Eſpondens autem Iob Domoſo dixit: ſcio,
quia omnia potes, & nullate latet cogitatio.
Quis eſt iſte, qui celat conſilium abſque ſcientia?
Ideo iñſipienter locutus ſum, & quæ ultra mo-
dum excedunt ſcientiam meam. Audi & ego lo-
quar interrogabo te & reſponde mihi. Auditu
Auriſ audiui te nunc autem oculus meus vide.
Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam
in fauilla & cinere. Postquam autem locutus eſt
Dominus ad Iob verba hæc, dixit ad Eliphaz The-
maniten. Iratus eſt furor meus in te & duos
amicos tuos: quoniam non locuti eſtis coram
me rectum, ſicut ſeruus meus Iob. Sumite ergo
vobis ſeptem tauros & ſeptem arietes, & ite ad
ſeruum meum Iob, & offerte holocaustum pro
vobis. Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis.
Faciem eius ſuſpiciam, vt non imputetur vobis
ſtultitia: neque enim locuti eſtis coram me re-
ctum, ſicut ſeruus meus Iob. Abierunt ergo Eli-
phaz Themanites, & Baldat Suites, & Sophar Naz-
mites: & fecerunt, ſicut locutus fuerat Dominus
ad eos, & ſuſcepit Dominus faciem Iob Dominus
quoque conuersus eſt ad pœnitentiam Iob, cum
oraret ille pro amicis suis. Et addidit Dominus
omnia, quæcumque fuerant Iob duplicitia. Ven-
runt autem ad eum omnes fratres ſui, & vniuerſa-

sotores suæ, & cuncti, qui nouerant eum prius:
& comederunt cum eo panem in domo eius. Et
mouerunt super eum caput: & consolati sunt eum
super omni malo, quod intulerat Dominus su-
per eum, & dederunt ei vnam quisque ouem vnam,
& inaurem aurcam vnam. Dominus autem be-
nedixit Iob nouissimis ciuis magis quam princi-
pio: & facta sunt ei 14000. ouium & 6000. ca-
melorum, & 1000 iuga boum, & 1000. asinæ: &
fuerunt ei septem filii & tres filii & tres filiæ. Et
vocauit nomen vnius Diem, & nomen secundæ
Cassiam, & nomen tertiae cornutibii. Non autem
inuentæ sunt mulieres speciosiores sicut filiæ Iob
in vniuersa terra. Deditque ei pater suus hæredi-
tatem inter fratres earum. Vixit autem Iob post
flagella hæc 140. annis, & vidit filios suos, & filios
filiorum suorum usque ad quartam genera-
tionem: & mortuus est senex, & plenus dierum.

*Ex Catechismo Germano exemplis, can-
tiunculis, rythmis distincto ad usum Ec-
clesiarum Scholarum Per R.P. Georg.
Voglerum Engensem Soc. Iesu Presby-
terum anno 1625. ad verbum
translatum.*

De Matrimonio.

Hirtacus patruus S. Iphigeniæ eam sibi iun-
cturus coniugem, rogabat S. Matthæum A-
Aa Apo-

334 Apostolum, vt id ipsi persuaderet. S. Matthæus promittebat se proxima Dominica de nuptiis & coniugio publicè prædicaturum. Præsente multo populo cœpit S. Matthæus coniugium laudare quod Hyrtaco perplacuit. Denique dixit S. Matthæus: Quod cum ita sit, & iam Iphigenia Christo Iesu filio Dei sit desponsata, infidi eslet & præditoris, si promissam ipsi sponsam niteretur tripare. Et quidem, o Hyrtace tibi eam queraris, at non impune. Quo auditio Hyrtacus egressus templo S. Matthæum ad altare occidi curat. Ita S. Matthæus per manus Aethyopæ Regis Virginitatis fit victima Hip. lib. de 12. App.

Iudit ad 2. nuptias inuitante opulentia, iuuen-tute & pulchritudine commouebatur. At vidui-tatem prætulit coniugio, seque cilicij gestatione, iejunio, vigiliis & precibus muniuit. Idcirco di-ctum de illa. Confortatum est cor tuum, quia ea-stitatem dilexisti, & à viri morte alterum repudia-sti: ideoque te manus Domini confortauit, & eris benedicta in sæcula.

Anna Prophetissa filia Phanelis vixit 7. annis cum viro suo: deinde vidua mansit usque ad 84-ætatis annum: non exibat de templo seruens Deo ieuniis & oratione die ac nocte, meruitque Christum videre, & de ipso prædicere. Luc. 2.

Susannæ fidelitas, quam præstítit in matrimo-nio, est documento & exemplo omnibus coniu-gibus, vt mortem prælignant adulterii cupidini-melius est mihi, inquit, incidere in manus homi-num, quam peccare in conspectu Dei. Dan. 13.

Eduar-

Eduardus Rex Angliae coactus ad nuptias à regni statibus principio commendabat castitatem suam Deo inquiens : misericordia tua olim tres pueros in fornace illætos seruauit, Dan. 3. per te Joseph dimisso pallio virginitatem non perdidit. Gen. 39. mirabilis Susanna constantia incestos seniores superauit. Dan. 13. Judith Holofernis manu violati non potuit. Iud. 12. Tua quoque ego nunc ope inito matrimonio castitatis periculum liceat evadere.

II. Quærebat Virginem castitatis dono præstantem, & odio vitiorum, & propensione ad bonum ornatam : quæ otium declinasset, quæ lectio & S. scripturæ, & operibus manuariis libidinem effugasset. Talem virginem Christus Eduardo suo despousauit nomine Editam. Vbi igitur rex & regina conuenerunt, castitatis seruandæ fædus inuicem pepigerunt, cuius solum Deum conscient & testem admittebant Sur. 5. Jan.

In matrimonio disciplina, moderatio, & honestas seruanda, torus immaculatus Ardentior suæ coniugis amator adulter est, ait Hieronymus. In illos potestatem habet Diabolus ut in viros Saræ. Scribit Eusebius de honesta fœmina, quod separarit se à marito sibi variam contra naturam, modum & honestatem libidinem inten-
tante lib. 4. cap. 46.

* *

*

A a 2

Quis

Quis pueris suave lac Christianæ doctrinæ porriget?

Principio parentes, non tantum uno vberi verborum, sed & altero bonorum Exemplorum. Quid est, si pater pucro verbis fortiter inculcat doctrinam Christianam, si verbosè suadeat & iubeat visitationem templi auditionem Diuinum Verbi, ipse in popina & ludis assiduuus? Cancer maior dicebat minori ne retrogrado, sed recto gradu procedat. At hic audiit à minore, præsequatur. Si pueri videant ipsos met parentes suos crucem formantes, deuotè orantes, in Ecclesia præsentes, cultui Diuino & catechismo addictos, discunt promptè & hilariter. Et quomodo pulsiones rectæ autorum procedent sine prævio parentum exemplo? Deus filiis Israël præcepit, ut ipsimetus suas proles erudiant. Deut. 4.

Daniel, Ananias, Azarias, Misael in Babyloniam inter gentes vitam sanctam duxerunt, quilibet mirabatur horum puerorum modestiam & sapientiam: quamuis ipsis nullus propheta factos & ductor adesset, quandoquidem initio attis à parentibus bene instituti erant Dan. 1, 2, 3. Nunc autem nonne asini ad lyram educantur, & instar nicti fit avis, quia desertur ab avis? Quibus meritò hi rhythmici accinantur.

An querar an fileam, quod nonnullis Christianis Sit maior cura de porcis & equabus,
De quorum pretio magis estimant & curant,
Quam

Exempla de Coniugiis.

387

Quam de vxorc familia, filiis & filiabus?
Atqui nulla ipsis quies, nulla oscitatio,
Sibestiis sua conueniens desit sagina,
Dummodo spiritualis desit prolibus refectio,
Hic cura hic labor expectandus sine fine.
Itur ad catechesin passionem amplius traditam?
An potius ad mundi cultum, opes, gulam, choreas,
Ad ludicros sales, ad blasphemias & adulaciones
additas?
A quibus ducuntur? a patribus, imò proditoribus
Ad Tarrarum cū compluribus Cæli futuri exules:
Sic aestimantur bestiæ, sic tractantur a suis occiso-
soribus.
Resipisci cæci, honorate homines & esse me-
mentore,
Sublata larua bestiæ: nec vos cum illis pude faci-
tote.

R.P. Franciscus Labata Soc. Iesu in apo-
paratu concinatorum.

Mulier debet domi desidere, non foras va-
gari, sed, quæ iuxta ianuas domi sunt, cura-
re: viri enim est ea, quæ foris sunt attendere & pro-
curare. Vnde prout: ultimo sic de muliere fortis.
Considerauit semitas domus suæ & panem otio-
sa non comedit. Quid per semitas domus intelli-
gere debemus, nisi ea quæ occulta & minus perco-
ptibilia sunt. Semita enim in hoc à publica via dif-
fert, quod via regia omnibus notior, semita vero
non ita. Semitæ ergo domus sunt ea, quæ non ita
oculis patent, secretiora in quem domus, hæc o-
portet

Exempla de Coniugio.
portet agnoscat vxor minima quæque, & quæ in
angulis sunt & aguntur in penetralibus ipsis: ita vi-
cogitationes filiorum & ancillarum, & familia-
rum omnium sciat, videat, & prouideat. Consиде-
rauit. inquit. semitas domus suæ, non solum vide-
re, sed considerare debet attentius quam vir. Hoc
eius negotium, hæc illi cura demandata est.

*S. Augustinus in tractatu 51. in
Ioannem.*

CVM ergo auditis, fratres, Dominum dicen-
tem: vbi ego sum, illic & minister meus e-
rit, nolite tantummodo bonos Episcopos & Cle-
ricos cogitare: etiam vos pro modulo vestro mi-
nistrate Christo bene vivendo, eleemosynas dan-
do, nomen, doctrinamq; eius, quibus potueritis,
prædicando, ut unusquisque etiam paternam fa-
miliæ se debere pro Christo: & pro vita æterna
suos omnes admoneat, doceat, hortetur, corrigat,
impedit benevolentiam, exerceat disciplinam.
Ita in domo sua Ecclesiasticum, & quodammo-
do Episcopale implebit officium ministrans
Christo, ut in æternum sit
cum ipso.

F I N I S.



CATALOGUS LIBRORUM

Index Nominum.

A.

Abrabam, Isaac, Iacob	391
Abramius	65
Apenianus & Basiliſſa	35
Aurelius & Notalia	158
Adrianus & Natalia	162
Anna Mater Deiparæ	256
Adelheida imperatrix	260
Afra	258
Amelberga	123
Aquilinus	181
Athanasiæ parentes	148
Audoeni parentes	154
Anastasia	243
Aniciensis opifex	276
Anna Samuelis mater	305
Antigonus & Euprasisa	60

B.

Basiliſſa	2
Batildis regina Gelliae	220
Bauo	176
Bernandi parentes	153
Bilhildis	241
Benauenitura matrona	80
Brigitta Regina Suediæ	137

C.

Canutus Rex Daniæ	134
Bb	Cata-

Index Nominum.

- Catarina filia S. Brigittæ Suedicæ
Celsi mater
Calliopii mater
Chrysanthus & Daria
Clementis mater
Claræ parentes
Clitophon & Lencippe
Crotildis Regina Galliæ

D.

- Damasceni parentes
Debora ex lib. Iudicum

E.

- Elzarius Comes
Edmundi parentes
Eduinus & Edelburga reges Angliæ
Elisabeta Hassiaæ Princeps
Eustathius & Theopista
Eugenius

F.

- Felicitas

G.

- Galaktion & Episteme
Gentilis matrona
Gisela regina Hungariæ
Glyceria
Gordianus cum coniuge
Godeleua

H.

- Heduigis Princeps Poloniæ

Index Nominum.

I.

Iacoponus Italus	265
Ida	228
Jobus Patriarcha	311
Josephus sponsus Mariæ	63
Itta vxor Pipini Ducis	105
Iudit ex eius lib.	288
Iuditta cum filio	118
Iulianus & Basilissa	2

L.

Laodicius & Glyceria	99
Leonilla 29	29
Leopoldus Princeps Austriae	236
Ludouicus Rex Galliae	156
Ludmilla regina Bohemiae	231
Lupus Episcopus	140

M.

Maria Ogniacensis	120
Margareta Regina Scotie	112
Matrona coniux Ethnici	119
Maria ancilla	261
Maniantis parentes	149
Manue & vxor parentes Samsonis	302
Matronae 2. apud Heliseum	309
Marius & Martha	244
Marcella	15
Melana	35
Monica mater Aug.	84
Monegundis Matrona	128

N.

Nestorius Martyr	73
Bp 2	Paula

Index rerum principalium.

Contemptus rerum.

In vita S. Melanæ 35. Cunegundis 54. Abramii
65. Victoris 110. Aurelii 158. Elzearii 168. Ioan-
Damasceni 93.

Correclio.

In vita S. Cunegundis 54. Vitalis 57. M. Ogniac-
120. Monicæ 84. Margaretæ 112. Canuti 144.
Stephani 152. Audoeni 154. Ludouici 156. El-
zearii 168. Lupi 140. Aniciensis 276. Tobia-
278.

Constantia.

In vita S. Leonillæ 29. Ex sermone Nili Calliopii
74. Julittæ 118. Sophiæ 141. Aurelii 157. Adri-
ni 162. Ludmillæ 231. Eustathii 189. Matronæ
199. Radegundis 144.

Eruditio.

In vita S. Iuliani 2. Damasceni 93. P. Tarentasii 93.
Lupi 140.

Eleemosyna.

In vita S. Melanæ 35. Calliopii 74. Margaretæ 112.
Radegundis 144. Athanasia 148. Stephanii 154.
Audoeni 154. Marcellæ 13. Eugenii 32. Iobi 31.
Tobia 278.

Familiæ gubernatio.

In vita S. Canuti 134. Ainelbergæ 132. Bernardi
150. Elzearii Bonaventura 80. Elisabetæ 208.
Edmundi 207. Gentilis 222. Heduigis 185. Io-
bi 31. Tobiae 278.

Inflit

INDEX RERUM principiarum.

Amor Proximi.

In vita Basilissæ 35. Chrysanti 263. Marij 264. Lupi 140. Stephani 152. Celsi 25. Hugonis 147. Bauonis 167. Leonillæ 29. Aurelii 158. Adriani 162. Cunegundis 58. Clemens 13. Elzearii 168. Elisabetæ 208.

Concordia.

In vita S. Monicæ 84. Petri Tarentasii 96. Itæ 105. Paulini 119. Claræ 142. Bernardi 150. Stephani 152. Mamantis 149.

Continentia.

In vita S. Catarinæ Suedicæ 86. Basilissæ 1. Melanæ 35. Cunegundis 54. Theophanis 7. Antigoni 90. Rictrudis 107. Iosephi 62. Theodorici 127. Amelbergæ 132. Vandregislæ 136. Lupi 140. Radegundis 144. Aurelii 158. Elzearii 168. Aquilini 101

Continentie media.

In vita S. Mariae Ogniacæ 120

Connuersio.

In vita S. Remigii 20. Speusippi 29. Melanæ 35. Suiberti 51. Monicæ 84. Iacoponi 265. Eustathii 188. Galaktionis 194.

Bb

Con

Index verum principalium.

Temperantia.

In vita S. Monicae 84. VVandregisli 136. Radegundis 144. Elisabetæ 208. Elzearii 168.

Tentatio superata.

In vita S. Iobi 311. Melanæ 35. Abraham 291. Abramii 65. Afræ 258. Bauonis 176. Canuti 154. Damasceni 93. Elzearii 168. Elisabetæ 208. Godeleuæ 130. Ludmillæ 231. Leonillæ 29. Matronæ 199. Scyllitanorum 265. Tobiae 278. & similiter in toto libro.

F I N I S.



Index rerum principalium.

Institutio.

In vita S. Canuti 134. Crotildis 20. Leonillæ 29.
Melanæ 35. Vinaloci Calliopii 14. Catarinæ
68 Rictrudis 107. Marcellæ 15. Brigittæ 137.
Edmundi 207.

Oratio.

In vita S. Basilissæ 2. Monicæ 84. Audoeni 154. A-
bramii 65 Apeniani 2. Aquilini 181. Annæ 305.
Elzearii 186. Iudit 118. Ludmillæ 231. Tobii
278. Brigittæ 137. Lupi 140. Cunegundis 54.
Catarinæ 68.

Mornm aptitudo.

In vita S. Cunegundis 54. Mar. Ogniacæ 120. A-
melbergæ 132. Elisabetæ 208. Margaretæ 112.
Bauonis 176. Heduigis 185. Elzearii 168. Bo-
nauenturæ 80.

Peregrinatio.

In vita S. Melanæ 35. Catarinæ 68. Brigittæ 137.
Helenæ 137. Mar. Ogniacæ 120.

Pietas.

In vita S. Suiberti 51. Hugonis 72. Vitalis 57. Vi-
ctoris 110. Tobiae 278. Margaretæ 112. VVan-
dregigli 136. Brigittæ 137. Sophiae 141. Abra-
hamii 65. Aniciensis 276. Elzearii 168. Edmun-
di 207. & passim toto libro.

Pueritia.

In vita S. Radegundis 144. Hugonis 72. Athana-
siæ 148. Bernardi 150. Ludouici 156. Elisabetæ
208

Tompe-